Diss. Bresla[u]
1907.
E. Hoffmann.

DE TITULIS AFRICAE LATINIS QUAESTIONES PHONETICAE

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS IN ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE REGIA VRATISLAVIENSI AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE IMPRETANDOS

SCRIPSIT

ERNST HOFFMANN
LIGNICENSIS

DIE XXVIII. MENSIS SEPTEMBRIS A. D. MCMVII HORA 10½ DISSERET DOCTORANDUS „DE DUOBUS TITULIS LATINIS" DEINDE ERIT PROMOTIO

RNB

TYPIS ROBERTI NOSKE BORNENSIS

MCMVII

IMPRESSA EST DISSERTATIO CONSENSU AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM VRATISLAVIENSIUM ORDINIS

DE DISSERTATIONE PROBANDA AD ORDINEM RETTULIT

F. SKUTSCH

EXAMEN RIGOROSUM HABITUM EST PRIDIE NONAS MARTIAS ANNI MCMVII

FRANCISCO SKUTSCH

SACRUM

Conspectus libelli

Corrigenda.

In pag. 3 lin. paenult. lege 5367[1]); pro 5367.[1])
" " 6 § 6 lin. 11 post *„nong(e)nta* 11154" adde *„(=nonaginta)"*.
" " 9 adnot. 2 lin 1/2 disiunge „di-pthongo" pro „dip-thongo".
" " " " " lin. ult. lege § 128 pro § 125.
" " 15 adnot. 4 lege § 106 pro § 105.
" " 19 lin. 11 lege § 116 pro § 115.
" " 26 adnot. 2 lin. ult. lege „iudicat" pro „udicat".
" " 28 lin. 10 lege **Παγχρυσίς* pro *Πάγχρυσος*.

Lingua Latina qualis sit in titulis provinciae Africae, tres ante me viri docti exposuerunt. Quarum disputationum primam quae inscribitur „titulorum Africanorum orthographia" (Gryph. 1875) ante hos triginta duos annos Carolus Guilelmus Moeller scripsit, qui Renierii sylloga ante corpus inscriptionum Latinarum facta nitebatur; quamobrem vix iam idoneum est hoc opusculum, ex quo magnum fructum capiamus. Deinde hanc rem tractavit Maximil. Hoffmann in dissertatione, quae inscribitur „Index grammaticus ad Africae provinciarum Tripolitanae, Byzacenae, proconsularis titulos Latinos" (Argentor. 1878); ei autem tituli tantum 1—1836 ad illud tempus a Gustavo Wilmannsio in VIII. volumine „Corporis inscriptionum Latinarum" editi suppetebant. Tertius denique Kuebler in VIII. volumine ephemeridis „Archiv für lateinische Lexikographie und Grammatik" (Die lateinische Sprache auf afrikanischen Inschriften p. 161sqq.) quamquam sermonem Afrorum Latinum quod pertinet ad formationem nominum, flexionem, syntaxin, stilum, lexicologiam illustravit, tamen quomodo ut ita dicam sonorum rationes in titulis Africanis se habeant, disserere omisit.

De hac re ego disputaturus sum. Mea igitur scriptiuncula qualicumque et illud Kuebleri opusculum supplere et Hoffmanni dissertationem continuare volo.

Ut disputatio de materia tam varia quam maxime perspicua fieret, rationem partitionis simplicissimam invenire opus erat. Qua de re mihi deliberanti quattuor illi termini grammaticorum antiquorum detractio, adiectio, permutatio, traiectio se obtulerunt, quibus in hac materia tractanda simplicissime uterer.

Sed priusquam singula exempla disquirenda suscipiam, eos qui legunt non possum non admonere de hac re: satis multae sunt formae, quae mendis lapicidae, litteris neglegenter vel parum perspicue ligatis, compendiis scribendi inusitatis, aliis causis ortae esse possint. Quocirca monitum velim lectorem, ut per totum hoc opusculum mente teneat multarum formarum explicationem esse ancipitem. Ego ut ipse multifariam haesi in singulis interpretandis nec nisi dubitanter saepe sententiam meam protuli, ita eos

qui legunt saepe aliam viam interpretationis veriorem iudicaturos esse non mirabor. Quod in quaedam capita praeter cetera cadit velut in id quod est de aphaeresi consonantium finalium et alia.

Primo igitur capite absolvam detractionem vel potius omnes verborum formas ratione sonorum qualicumque imminutas [1].

Pars I.

Detractio.

Caput 1.

De syncopa.

I. De syncopa quae post acutam syllabam est.

A. In vocibus, quarum tertia ab ultima syllaba acuta est, plurimum valuit syncope, qua factum est, ut paenultimae videlicet syllabae vocalis excideret:

§ 1.

Hanc syncopam nomina substantiva, adiectiva, propria in -*ulus*, -*olus* desinentia praeter cetera experta sunt.

a) Quorum in numero primum in -*culus* desinentia, non discreta secundum originem suffixi affero; iis enim temporibus, quibus hi tituli scripti sunt, ea verba, quae suffixum -*culo* (ex -*clo* -*tlo* ortum) continent, a nominibus deminutivis non iam discernebantur.

Nomina propria [2]:

Anucla 3625, 19215; *Apicla* 9330, 21283; *Arbuscla* 4914; *Biccla* (= *Vitula?*) 12196; *Forticlus* 7365; *Masclo* 21169; *Proclus* 4901, 6217, 9386 = 21042; *Procla* 6132, 7265, 20068; *Vernacla* 4522, 14223 (s. IV/VI); *Bernaclus* (b = v) 2992, 13992/3 (s. IV/VI), cf. adiectivum *vernacl*(*us*) 6974, *vernacla* 9375; *Cuiclo* (= *Cuiculo* ablat. nomin. colon. *Cuicul*) 20713.

reliqua nomina:

ovicla(*m*) 8247 (bis); *periclum* 12253, 16467, 7 (i. v. hexam.); *secla* 17733, 11184 ad 914, 916, 917.

---

[1] I_1 significat priorem saeculi I. partem, I_2 posteriorem saeculi I. partem; I_2/II_1 significat titulum vel ad posteriorem saeculi I. partem vel ad priorem saeculi II. partem pertinere.

[2] Peregrina semper post latina sive quae latina esse videntur collocavi.

In his igitur formis *u* vocalem inter mutam *c* et liquidam *l* demptam videmus.

β) Verum etiam inter *t* et *l* vocalis *u* suppressa est in his formis:

tuclu(m) (= *titulum*?) 9985; *Catla* 5039; *Vitlus* 9432; *vitlo* 15133 (s. II_2/III_1).

γ) inter *b* et *l*:

tabla 9005, 9007 = 20731.

δ) inter *m* et *l*:

Primlus 8521.

§ 2.

Deinde multa alia nomina in tertia ab ultima syllaba acuta exstant, in quibus vocalis paenultimae excidit. Eae consonantes, quarum altera alteram vocali dempta tangit, interdum tali natura sunt, ut non faciles sint ad pronuntiandum. Facillimae autem cum sint eae, inter quas est liquida, ab eis initium faciam.

cr: *socrum* 14683 c. 10 (a. 183): saepe; *socro* 21320: saepe; *socra* 13092 (a. 117/180): saepe. Ea forma, quam ultimo loco posui aut syncopa ex *socera* correpta aut analogia vocum velut *filia*, *nura* (= *nurus*, etsi id ipsum analogia demum exortum est) ex *socrus* ficta est, cum syllaba *-us* non iam terminatio feminina intellegeretur.

tr: *Butra* 20084/85 (= *Butura* 3948, 3949, 6815);

br: *Nabra* 9617 (= *Nabira* 7509); *Barbru(s)* 22645, 71 (= *Barbarus*);

bl: *Oblo* 2475 cf. 17964; *incomparablis* 4180;

rt: *misertus* 7156, 4; *mertis* 20838, 21284;

cm: *Decmus* 9946;

c sequente dentali: *Macdo* (= *Macedo* cgn.) 8765 = 20527);

mn: *domnus* 15132 (s. II_2/III_1), 8630 (a. 452): saepe; *domna* 17214 (a. 198), 4215 (a. 210/213), 8321 (a. 216): saepe. Nomen *Domnula* 8890 a *domna* derivatum est. — *femna* 15625; *Gemna* 8760 = 20529; *Gemnus* 14792 (a. 180/192), 15906.

m sequente dentali: *Domtus* 18318, *commdum* 9725 = 21531 (a. 339).

nm: *anm(is)* 15110 (s. II_2/III_1);

ns: *Azabensi* (= *Azabenici*) 22567 (a. 198);

sm: *carismo* 2402; *gratiosismo* 10570 III 21 (a. 180/183);

st: *antisti* (= *antistiti*) 5367[1];) *Repostus* 7932; *Reposta* 3573, 15231; *postum* 21530 (a. 468).

---

[1]) Nisi subest dissimilatio syllabica.

tc: *Rustca* 19380; *Mustci* 6237; *Tittcus* 12905; *Attca* 13070 (a. 177/180, in eodem titulo *Atticilla*).

cp: *particpi* 12211 (a. 198/217).

fn: *Terefne* 21044 (? cf. 11221 *Tarafan*[*i*]).

Accentus Graeci locum servatum esse syncopa in nomine *Εὔφημος* facta indicare videtur.[1]) *Eupmo* 7344.

Additamentum: Lege acuendi antiqua iam Plauti et Terenti temporibus factum est, ut littera vocalis tertiae ab ultima syllabae syncopa supprimeretur in voce balinei: *balneum* 20579, saepe; *balneae* 16400 (a. 375/378); 8375 (a. 196). — Accentu ex *viginti* forma *vinti* 8573, 16566 videtur effecta esse, qua de re cf. Skutsch, Forschungen zur lateinischen Grammatik und Metrik I p. 161 sq.; Lindsay, Die lateinische Sprache III § 14, 4.

B. Ultimae syllabae vocalis periit:

§ 3.

In tertia persona singularis indicativi:

α) perfecti activi verborum in *-are* exeuntium, qua syncopa in linguis e Latina ortis 3. persona sing. perfecti effecta est[2]):

dedicavt 9061, 9067 = 20756 (a. f. 227), 14297; *militavt* 21046.

β) perfecti activi verborum quorundam tertiae coniugationis: *vixt* 21638 (a. 395), 9752 (a. 450), 9921 (a. 549) aliis in titulis: vicies bis; *vicxt* 11237; *vist* 18450; *vicxst* 21264; *u*(*i*)*xt* 4716, 6393, 6531, 9876 (a. 480), 13787 († s. IV/VI), 20785; *fect* 9920 cf. p. 2065 (a. 550?); *fe*(*c*)*t* 21767 (a. 530); *dicest* (= *discessit*) 21806 (a. 389).

γ) Praesentis activi, cuius syncopae unum tantum exemplum exstat: *fact* 17642 a 2.

§ 4.

De vocabulis modo allatis (sub § 3 *β* et *γ*) item ut de eis quae iam sequuntur quaestio exsistit, num ad syncopam sint revocanda. Nam dixerit quispiam[3]) ultimam syllabam integram litteris ligatis scriptam aut vocalem ultimae syllabae breviandi causa inter scribendum esse demptam. Sed tres causae mihi esse videntur, cur in nostris exemplis vocalem extremae syllabae deletam esse pronuntiatione vulgari credamus: prima quod linguae e sermone latino cotidiano ortae romanenses illius syncopae multa vestigia habent; deinde haud paucas formas linguae latinae etiam vetustioribus temporibus vocalem syllabae finalis amisisse scimus

---

[1]) cf. **blasph*(*e*)*mus*, **blasmus* **blasmare* in linguis Romanicis.

[2]) Meyer-Lübke, Grammatik der romanischen Sprachen II § 266.

[3]) Ut fecit Jules Pirson, la langue des inscriptions latines de la Gaule p. 56.

velut *Arpinas, Samnis, Tiburs, sors*;[1]) pro tertia denique causa habeo multitudinem et naturam exemplorum quae hic profero.

Has formas investigavi[2]):

pro *annis*: *ans* 9939 cf. p. 2065 (a. 557), 21638 (a. 395), 14130 († IV/VI s.), aliis in titulis: terdecies; *anns* 6671; *anss* 3439 = 18364; *ors* (= *horis*) 9179 = 20819; *levs* (= *levis*) 2207; *fidels* (= *fidelis*) 13927 (IV/VI. s); *neps* (= *nepos*) 10772 = 18694; *Felx* (= *Felix*) 9215; *uxr* (= *uxor*) 4467 = 18617; *Fortunants* (= *Fortunantis* gen. s.) 19895; *Moschs* (= *Moschis*) 14503; *Baliahons* (= *Baliahonis*) 17659; *fecern* (= *fecerunt*) 9156. Syballae ultimae vocalis *u* inter nasalem et *s* finalem deleta est in his vocibus: *maxims* 9386 = 21042; *Florentians* 16153; *Peregrins* 11680; *Petronians* 21496 (†); *Place(n)tins* 9101; *Stephans* 21317; *Sulpicians* 14687; *Successians* 19860; *Vibians* 11568.

II. De syncopa, quae ante acutam syllabam est.

Vocum adhuc allatarum syncope post syllabam acutam facta propria est. Eius syncopae, quae ante acutam syllabam exstitit, exempla paulo pauciora inveni.

§ 5.

Primo loco ponam vocabula a vocibus in *-ulus, -ulum* desinentibus ducta. In his syncope quamquam potest existimari ante acutam syllabam facta esse, tamen etiam secus iudicari potest. Quis enim fieri potuisse negabit, ut illae voces in *-ulus, -ulum* exeuntes aequa ratione atque eae quas supra attulimus primum syncopa afficerentur, deinde ex his formis ita affectis derivarentur formae longiores? En exempla: *cubiclari(us)* 13192 (a. 117/180): *cubiculum* — *cubiclum*; *cubuclari(us)* 9431; *Stablaria* 7798: *stabulum* — *stablum*; *Istablicius* 8640 (†); *Proclian(us)* 10860 = 19135: *Proculus* — *Proclus*; *Oclatius*[3]) 4749, 19608, 21185: *oculus*; *Catlucia* 15548: *Catula*: *Catla* (?); *Luclosa* 20840: *Lucula* — *Lucla*; *figlinis* 22632 (tegulae) 10,13 (med. I. s.) 30: *figulus* — *figlus* (*figel* C. I. L.

[1]) Lindsay, Die lateinische Sprache III § 16.

[2]) In Graecorum vasorum inscriptionibus inveniuntur exempla velut ποίησν, ἐποίησν, Ἀθήνηθν, in quibus ultimae syllabae vocalem inter pronuntiandum excidisse P. Kretschmer, Die griechischen Vaseninschriften ihrer Sprache nach untersucht, p. 124 suspicatur.

[3]) Guil. Schulze, Zur Geschichte der latein. Eigennamen (Abhandl. d. Kgl. Gesellsch. der Wissensch. zu Göttingen philol.-histor. Kl. V,5 1904) p. 150/151 nomen *Oc(u)latius* genere Etruscum esse iudicat.

X 423, App. Prob. 32 Her.); *Tustlianus* 15611: *Tustulus* — *Tustlus* (vel *Fustlianus* — *Fustulus* — *Fustlus*).[1])

Ad idem genus vocabulorum hae quoque voces pertinent: *Gemnaria* 9224: *Gemina* — *Gemna*; *sartorias* 10570 III 12 (a. 180/193), 14428 (a. f. 181) a sariendo.

§ 6.

Nullam autem de genere syncopae dubitationem relinquunt ea vocabula, quae iam proferam:

α) Atque primum quidem syllabae acutam praecedentis littera vocalis vi syncopae deleta est in his vocibus:

Viglantius 8549; *noblissimi* 11217 (a. 292/305); *vetranus* 6358 cf. p. 1842, 9764, 16655, 16913, 22557 (a. 203); *adminst[ravit]* 21571 (†); *Cronta* 7346, *Crota* 5445, quae formae ambae sunt pro *Coronta* 1981; *postr[isque]* 20071; *Sprata* (= *Sperata*) 6071; *Genroso* (= *Generoso*) 14513; *Crepreius* (= *Crepereius*) 9494; *Fortnatus* (= *Fortunatus*) 11221; *Honrati* 16967 (iuxta *Honoratus*); *offci(na)* 10475, 2 = 22632, 37 (teg.); *nong(e)nta* 11154.

β) Ut vocalis etiam secundae ante acutam syllabae excideret, vis syncopae effecit in his exemplis:

asprit(udines) 22650 (signac. medic.); *Lambsitana* (= *Lamb(a)esitana*) 3414; *psuerunt* (= *posuerunt*) 4504; *Grafriane* (= *Glaphyriane*) 1523 b 13 = 15539 c 13 (s. II. med); *Bictrianus* (= *Victorianus*) 16396 († VI. vel VII. s.); *Vollssiano* (= *Vollussiano*) 22560 (a. 251/253); *Felici[anus?]* 11263.

Additamentum: *seqplicarius* (= *sesquiplicarius*) 9829, *dsciplinae* (= *disciplinae*) 20162: cum hae duae formae pronuntiari vix possint, in *seqplicarius* litteram *q* pro compendio syllabae *qui* sive *cu* habendam, in *dsciplinae* litteras *disc.* parum perspicue ligatas esse puto.

III. De syncopae exemplis dubiis.

§ 7.

Quod ad ea vocabula attinet, quae insequuntur, quoniam syncope in ipsa syllaba acuta occurrere videtur, in dubium vocari potest, utrum ipsius syllabae acutae vocalis vi syncopae exciderit an potius consonantem solam syllabae substituerit quibusdam in vocibus lapicida, qua de ratione scribendi infra exponam, an denique, ut iam dixi, vocales omissae pro mendis lapicidae habendae

[1]) editor adnotat: *Tustlianus* fortasse correptum est ex *Tustuleianus* cf. *Tustuleius* infra n. 16531, nisi vero utroque loco est *[F]ust.*

sint. Equidem plerosque in tertiam sententiam inclinaturos esse puto. Exempla sunt haec: *Aurlia* 9455 = 20956; *flius* (= *filius* 8990; *Imlia* (= *Emilia*?) 12766; *Katlius* (= *Katilius*) 8863; *memra* (= *memor(i)a*) 9852 cf. p. 2059 (a. 453); *ropositrium* (= *repositorium*) 9426; *merti*[1]) (= *mere(n)ti*) 2522; *Gemlus* (= *Gemellus*) 5780; *prat* (= *parat*) 14365 (s. IV.); *sorres* (= *sorores*) 9156; *Valria* 22527 (a. 320?); *veternus* (= *veteranus*) 12219; *uxre* (= *uxori* cf. 4467 = 18617 *uxr* cas. nomin.) 17081; *Donta* (= *Donata*) 7943, 13628; *Domtiae* (= *Domitiae*) 6077 cf. p. 1835.[2])

§ 8.

De vocali acutae syllabae deleta dubito an recte observaverim in nonnullis vocibus sonum quendam vocalem procreari a consonantibus duabus, quae vocali illa dempta colliduntur et ob hanc consonantium naturam vocalem acutam omissam esse:

colmnis (= *columnis*) 21716; *Agsto* (= *Augusto*) 21972 (a. 355/363); *carssime* 9156 (iuxta[3]) *carisimo*); *dulcsimu(s)* (= *dulcissimus*) 4174 (bis; in titulo eodem *dulcissimus*); *amicsmi* (= *amicissimi*?) 19594; *Felixima* (= *Felicissima* cgn.) 12930 (a. 117/180); *vixti*[4]) (= *vixisti*) 21284.

Caput 2.
De contractione.

Celeritas dicendi sermonis cotidiani propria effecit, ut duae vocales et pares et impares, sive altera alteram subsequebatur sive altera ab altera erat seiuncta littera *h* vel *u̯* vel *i̯* in unam contraherentur.

I. Primum ea vocabula afferam, in quibus duae vocales pares in unam confluxerunt.

---

[1]) An per compendium scriptum est pro *merenti?*

[2]) De formis velut *Obstria* (= *Obstoria*) 4405 ('sic' Wilmanns, sed v. p. 1774 ad hunc titulum: '. . . . descriptam a Leroux, qui tradit OBSToRIA') docet Guil. Schulze (Zur Geschichte latein. Eigennamen p. 339): „Was in *Vestorius, Vestrius, Victorius, Victrius* auf den modernen Grammatiker wie ein merkwürdig unzeitiger Reflex indogermanischer Ablautsverhältnisse gewirkt hat, ist in der Tat nur das Ergebnis der bekannten etruskischen Vokalausstoßung, wie der Gegensatz von *numϑral* und *Numitorius* unwiderleglich beweist.“ *Ansia* (= *Anusia*) 19293 quoque nomen in formarum Etruscarum numero habendum est (cf. Guil. Schulze l. s. s. p. 405).

[3]) in latere dextro eiusdem cippi.

[4]) Haec forma analogia quoque 1. et 3. personae *víxi, víxit* vel pro natura consonantium *x* et *s* dissimilatione syllabica ex *vixisti* oriri potuit.

§ 9. *ii* > *i*

in terminationibus.

a) Substantiva et adiectiva in *-ius, -ia, -ium* desinentia exempla innumerabilia contractionis *ii : i* praebent, quae omnia enumerare longum est, casus videlicet nominativus et dativus pluralis numeri. Itaque pauca afferre satis est:

contrari 2532 D, b = 18042 C, b (a. 128); *fili* 16671; *tesserari* 2557 = 18070 (a. 198); *centuris* 2532 = 18042 A, b (a. 128); *honoraris* 4596 (a. 200); *compendis* 17639, 9 (s. III.).

Praeterea hoc exemplum quod afferatur dignum mihi videtur: *pi* (= *pii*) nominat. plural. 11624, genet. singul. 8796 (a. 193/211), 17829 (s. II_2), 8411 (a. 238), 11616: ergo vox *pii* analogia nominum in *-ius* exeuntium contracta est.

β) Inter formas verbales eae personae perfecti activi generis, quae syllabis *-ii* terminantur, contractione affectae sunt, prima et tertia videlicet singularis numeri. Formae in hoc volumine C.I.L. inventae omnes cum verbo *ire* compositae sunt:

in versu dactylico: *peri* 11108, 16566, 11; *obi* 15987, 8: *obit* 702 = 12128; *abit* 7427;

in versu iambico: *obit* 9686;

in oratione soluta: *obit* 3275, 8641 (a. 419), 11883, 16839, 20589.

Eandem contractionem ac voces modo allatae perfecta initio in *-ivi* exeuntia, tum semi vocali *u̯* inter duas illas *i* orbata passa sunt: *posit* (ex *posivit*) 5842, 7819, 9459 = 21068; *posi, peti* 5749 = 19146; *nutrit* 20277, 11 (a. 299). Cui generi notum est attribuendum esse verbum *sis* (= *si vis*) 12118.

§ 10.

Media in voce vocales *ii* in *i* contractas esse demonstratur vocabulis velut

pissime 1917; *pissimus* 21294; *pissimae* 8383 = 20182, 8536; *pissimo* 12658, 21619; *pisimo* 3721 (PIS), 4540, 21169, 21656; *pis(simi)* 11621.

Periit inter duas *i* contractas: liquida *l*: *fia* (= *filia*) 5414; *fis* (= *fili(i)s*) 7387;

h: *nil* 13134, 22 (a. 117/180).

§ 11. *uu* 〉 *u*:

a) in terminationibus *u* simplex pro duplici scripta est in his vocabulis:

manūm (g. pl.) 10570 III, 20 (a. 180/183); *idūm* (g. pl.) 6357

(a. 212); *saltūm* (g. pl.) 5351 (a. 97/117): in his sane vera contractio inerit; difficilius iudicium de sequentibus, etsi 12652 hunc apicem habet AEDITVS: *Ingenus* 2551 (a. 198), 14970 (s II_2/III_1), 2626 c 3 (a. 270/275) aliis in titul.: vicies semel; *Ingennus* 2403 II, 39 (a. 360/366); *innocus* 21757 (a. 395); *inocus* 14848; *Perpetus* 14501; *mortus* 4692 b 13, (8774 =) 20590 (a. 419), 9731 (a. 461); *sus* (= *suus*) 9113 = 20781.

β) Media in voce *u* ex *uu* contracta est in:

dumvir 17903 a 2 (a. f. 363); *dumviru*[1]) 9073; et in vocibus ab hac derivatis: *dumvir*(*alicius*) 17903 a 1; *dumviralis* 18241; *dumviratum* 4418 (in eodem titulo est *duumviralicius*).

§ 12. *ee* > *e*:

aelemosine (= ἐλεημοσύνη) 20905, 5 (†); *aelemosinam* 20906, 4 (†).

§ 13. *oo* > *o*:

copertae 20277, 7 (a. 299).

Vocales *oo* in *o* littera *h* inter has duas vocales oppressa contractae sunt in:

cors 8440; *cortis* 9056; *chortis* 3147, 5364, 9383, 9393, 14281, 17537, 17586, 21016, 21060, 21720; *cohrtis* 21021 (a. f. 297); *chorte* 21038; *chorte*(*m*) 16368 (a 138/161); *cohr*(*s*?) 22604 (a 200/210), 22611 (a. 200/210).

§ 14.

His parium vocalium contractarum exemplis tria addo, quorum primum dipthongum *ae* et vocalem *e* in *ae*, duo altera dipthongum *au* et vocalem *u* in *au* contractas praebent:

praest (= *praeest*) 20978 a et b 25 (a. 107); *Austa*(*s*)[2]) 9877 (a. 452, pro *Augustas* nom. menstr.); *Auste*[2]) (= *Augustae* nom. propr.) 9734 (a. 485): muta *g* spirans facta excidit.

II. Si duae vocales impares contrahuntur, fere fit ut altera in vocalem acutiorem recipiatur.

A. Primum eas voces enumerabo, in quibus secunda vocalis obtinuit.

---

[1]) Sed vide p. 1960 ad hunc titulum: „Berbrugger in scheda Renieriana n. 1859 v. 5 fin. exhibens DVVMVIRVCITER · PL.“

[2]) Sommer, Handb. der lat. Laut- und Formenlehre (p. 124 § 77, 5) e dipthongo *au* vocalem *a* esse factam vocali *u* in syllaba proxima sequente, tum demum *a* et *u* contractas muta *g* ut spiranti omissa iudicat. Qua de causa hanc sententiam non rectam esse arbitrer infra exponam (§ 125).

§ 15.

Periit ante vocalem acutam

a) *i* post consonantem *Quetus* 20304 (a. 349), 2847, 18956 aliis in tit.: quaterdecies; *Queta* 13082 (a. 117/180). 3561, 4179 al. in tit.: quaterdecies; *Quaeta* 19872; *Quaete* 2870; *Qetus* 6362, 7935 = 19682; a *Quetus* derivata sunt nomina: *Quetosi* 7819, *Quetu[la]* 16086, 17103; *Quetina* 7516, *Quaetianus* 2913, *Quetanius* 16280.

quevit 10516 cf. 11528 (a. 525/526); *quaevit* 11123; *quescit* 21424 (†); *cesquit* 21436 (†); *cesquet* 14230 († IV/VI s.); *ceqqet* (= *quiescit*) 21428 (†); *requescit* 11118 (†); *quescant* 4637 = 16821, 5955; (cf. Fleckeisen, Jahrb. f. Philol. 101 (1870) p. 75).

beniu (= *biennium*) 8641 (a. 419); *exerunt* 16907 (†); *Martalis* 11612; *Martana* 13787 († IV/VI s.); *Hadranus* 6936; *Phoebani* 21292; *Maximani* 10475, 7 = 22632, 70;

in terminatione *-iensis* horum nominum ethnicorum:

Caesaresis 8813 (a. 117/138); *Caesarens(is)* 21039; *Caesarensium* 9395; *Pomarensium* 21780 (?); *Karthaginensi* 14364.[1])

β) *u* in his vocibus:

Ianarius 21736 (a. 394; in hoc titulo est cognomen *Ianari(us)* iuxta nomen menstruum *Ianuarius*), 4441 = 18603, 6038, 6140; *Ianarias* (acc. pl. nom. menstr.) 9872 (a. 392), 9898 (a. 447), 21737 (a. 490?); *Febrarius* (cgn.) 9107; *Febrarias* (acc. pl. nom. menstr.) 9975 (a. 392), 21655 (a. 483), 2013 (a. 484/513), 8523, 8766, 9241; *Febras* (ex *Febrarias*) 10518 (†), 11654 (†); *Fructosa* 7207, 16023; *Fructosus* 10839 = 17422; *poser(unt)* 21892 (an ex *posierunt*?).

§ 16.

Vocalis, quae non accentum principalem quidem, tamen sonum quendam acutiorem habebat antecedente, *i* vel *u* antecedentem absorbuit.

a) *i*:

Doclitianus 10071 = 10615 = 21999 (a. 284/305); *Docletiano* 22187; *trearchi* (= *trierarchi*) 9392; *tufatoris* (= *triumfatoris*) 22436 (a. 355/363); *Adab(enico)* 2551 cf. 18046 (a. 198); *arripebatur* (?) 10832 (a. 282/305 aut 292/311).

β) *u*:

Setonius, Setonia (= *Suetonius, Suetonia*?) 4668.

§ 17.

Illa de causa quam modo dixi (II §§ 15 16) vocalis *i* vel *u* paenultimam syllabam efficiens contracta est cum ea vocali, a qua

---

[1]) cf. quae de talibus exemplis disseruit Wackernagel, A.L.L. vol. 14 (1906) pp. 7, 12.

syllaba ultima incipit, cum brevis paenultimae sonus minimus syllabarum omnium esse soleat.

a) Hanc contractionem nomina, quae in *-ius, -ia, -io* desinunt, praeter cetera experta sunt:

post *c*: *Anica, Norica* 19282; *Felica* 6228, 6361 = 6691 = 19355; *provincae* 20410 (a. 454); *Felicus* 4974; *Felico* 14516;

post *t*: *Sita* (= *Sittia*) 6711; *Sittus* 6919; *Antista* 11119 (†); *Gemista* 5200 = 17363; *Terentus* 3809, 22632, 83 a; *Egnatus* 5574; *Domitus* 9977 (a. 398), 20015; *Domitae* 9735 (a. 488); *Musta* 6662; *Mustus* 6153, 6760, 11871; *Martu* 20035; *Sento* (dat. vel abl.) 22640, 7 (tegula, a. 22 ante Chr. n.!);

post *d*: *Clauda* 17302;

post *x*: *Innoxa* 14228 († IV/VI s.);

post *s*: *Concessanus* 2403 III, 13 (a. 360/366); *Cessa* 8595 cf. p. 1920; *Atanasus* 13469 († IV/VI s.); *Casus* (= *Cassius*) 19285; *Dionisus* (7339 cf.) p. 1848; *Primasus* 15329; *Blosus* 20184; *promisonis* (= *promissionis*) 20600 (a. 359); *Nemesani* ibidem v. 9; *Mesus* 19084, 17555.

Ex syllabis duabus *si* cum vocali una syllaba *ss* cum vocali facta est in his vocibus:

Nemessus 5128; *Nemessani* 21570 (a. 422); *Sossanus* 9751 (a. 442); *Quintassus* 20812 a; *Domissus* (= **Domisius*[1]) ex *Domitius*) 21743; *Euassus* (= *Euasius*[1]) ex *Euatius*) 21734 (a. 310), 20766; *Euasse*[1]) 9804 (a. 418); *Canissus* (= *Canisius*[1]) ex *Canidius*) 19101. Sequitur exemplum, in quo *-ss-* ex *-nsi-* prodiit: *Hortessus* (= *Hortensius*) 21706.

post *l*:[2]) *filus* 9277 = 20855; *filos* 10970; *Aemila* 20477; *Aela* 9455 = 20956 (in eod. tit. *Aur(e)lia*); *Caecila* 9061 (bis), 9116 b (a. 242); *Cecila* 20768 (in eod. tit. *Cecilia*); *Eulalus* 10962 (tegula, a. 97/117); *Iulus* 5742, 16309, 20603; *Iula* 6499, 8878, 7523 = 19467, 16309, 19315; *Iulae* 7510; *Iule* 19288; *Manila* 5795; *Sextila* 13135 (a. 117/180).

post *r*: *memore* 2009; *memora(m)* 4505; *mem(o)ra* 9552 cf. p. 2059 (a. 453); *Controsarus* (= *Controversarius*) 16396 (†);

post *m*: *Mema* (= *Memmia*) 16136;

post *n*: *Herenus* 12132; *Herenna* 22637, 49; *Cosina* 12945 (a. 117/180); *Safinus* 21302; *Titine* 8741; *Antonus* 6373, 6374; *Anna* 7190 cf. p. 1848; *Ferinn(a)*[3]) 14826;

post *v*: *Elva* (= *Helvia*) 6088, 8; *Flavae* 20477; *Orchiva* 8263.

---

[1]) De syllabis *ti* et *di* in *si* sive *ss* mutatis verba feci infra §§ 99 sq.

[2]) Ad rationem contrariam spectat exemplum *Cliaudio* 22205 (a. 317/340).

[3]) Schulze, Zur Gesch. lat. Eigenn. p. 165 adn. 1.

De hac vocali *i*, quae post consonantes *l* et *s* et ante alteram vocalem excidit, Pirson[1]) talia suspicatur: „Cet ‚*i*' n'a pu disparaître toutefois de la prononciation du latin vulgaire, puisqu'il a persisté dans tout le domaine roman, en mouillant la consonne précédente (Meyer-Lübke I §§ 461, 511, 465, 514). Il faut croire, qu'il s'y était déjà combiné avec l'*l* ou l'*s* et que, faute de caractère spécial, le graveur aura cru pouvoir transcrire ces consonnes mouillées au moyen des lettres ordinaires.“ Ego hanc ad sententiam viri illius docti accedo; sed exempla quoque *i* post *c*, *t*, *d*, *x*, *r* deletae ad genus exemplorum a Pirsono dictum ascribi posse iudico. Quodsi ita est, illas consonantes *c*, *d*, *t* (ut de *x* taceam) ratione sibilantium pronuntiatas esse putaverim. Vocalis *i* igitur post *s*, *t*, *d*, *x*, *c* omissa assibilatio quaedam, post *l* et *r* omissa id quod Germanice „Mouillierung“ nominamus nescio an dici possit. Post reliquas autem consonantes (*n*, *m*, *p*, *u̯*) qua de causa *i* perierit explicare non possum.

β) Vocalis *u* paenultimae cum vocali ultimae syllabae contrahitur:

quadtor 14125 (†, s. IV/VI); *qator* 8789; *qattor* 5343, 8573 (bis).

B. In priorem duarum vocalium altera recepta est:

§ 18.

In formis verbalibus:

fut (= *fuit*) 9179 = 20819; *statut* (= *statuit*) 11154; *fir(i)* (= *fieri*) 20197.

§ 19.

In adverbio: *pi*[2]) *vix(it)* 1975, 11842.

§ 20.

Mustelus (= *Musteolus*) 10516 cf. 11528 (a. 525/526); *fililo*[2]) (= *filiolo*) 18415.

§ 21.

Talis contractio *u̯* semivocalem, quae inter duas vocales erat, dempsit in hac nominis proprii forma *Controsarus* (= *Controversarius*) 16396.$_6$ (†).[3])

[1]) Pirson, la langue des inscriptions latines de la Gaule p. 58.

[2]) Haec contractionis exempla non sine aliqua dubitatione affero, cum in *pi* vocalis *e* breviandi causa praetermissa, in *fililo* vocalis *o* errore lapicidae detracta esse possit.

[3]) Notissimae sunt formae verbales velut: *ornarat* 8870,7; *superasti* 5804, 5834 = 19189c; *dedicarunt* 17510; *signarunt* 11332; *amar[unt]* 9433; *violarit* 15716; *iucundasti* 8624 (†); *replesti* 15569,7 (in versu hexam.), de quibus cf. Solmsen, Stud. z. lat. Lautgesch. p. 175 sq.

Additamentum I:

Ad hoc genus contractionis terminatio nominativa *-is* pro *-ius* usurpata in nonnullis nominibus propriis non pertinet; sed hic casus nominativus a consuetudine quadam graeca repetendus est. Graeci enim non nunquam nominativum nominum propriorum Latine in *-ius* desinentium, quibus casus vocativus in *-i* exiret, secundum vocativum graecum *-ι* syllaba *-is* terminabant;[1]) quam rationem lapicidae etiam in titulis Latinis scribendis sequebantur.[2])

Maris 13784, 13785 (†); *Nu(n)dinaris* 17006; *Nasidis* (nom. gent.) 6541; *Cidonis* (cogn.) 14819; *Valeris* 20430 (a. 244, iuxta *Gentius*); *Helis* 12497; *Cla(u)dis* 22430 (a. 275/276); *Superis* 9639; *Ianuaris* (cgn.) 19717 (iuxta *Iulius*), 7751 (iuxta *Sittius*); [*Ἰανουαρις* 21900]; *Helvis* 22644 (lucerna, an *Helvi s(ervus)*?).[3])

Additamentum II.

Postremo synaloephen quae vocatur in hoc de contractione capite commemoro. Hanc in sermone cotidiano quoque esse usitatam et Cicero,[4]) Quintilianus,[4]) Seneca[4]) et hi tituli comprobant: *haber* (= *habere*) *ex auctoritate* 8369, 8 (a. 128); *Plocamian* (= *-ano*) *ordo* 9259; *Cesar* (= *are*) *et* 22288 (a. 305/314); *carissim* (= *im(a)e*) *et* 9977 (a. 398); *cum tribunal* (= *ali*) *et* 19929; *pulver* (= *erem*) *habet* 7277, nisi forte *tale pulver* neutrum esse iudicaveris.

Tritam illam synaloephen, qua verbum *est* cum voce in vocalem exeunte confluxit, invenimus in exemplis velut *sitast* 5172, 14281, 21275 (i. vers. hexam.); *sitas(t)* 21087, 21308; *sepultast* 8092; *ingeniost* 14632 (frustul. carminis dactyl.).

Praeter rationem solitam voce *est* vocalis finalis verbi praecedentis absorpta est in his exemplis: *sit est* (= *situ(s)est*) 21302, 21814; *sit est* (= *sita est*) [5270 =] 17450, 17350. (Quamquam conferri potest § 30, tamen compendia esse crediderim).

---

[1]) Hatzidakis, Einleitung in die neugriechische Grammatik 315 et Kuhns Zeitschrift XXXI, 112.

[2]) Haec nomina, quae in titulis aetate imperatoria posteriore factis exstant, non spectat Ritschl in disputatione quae inscribitur „De declinatione quadam latina reconditiore“ (in opusculis vol. IV, p. 446 sq.); tractavit enim his in commentationibus usum titulorum veterum, qui proprie latinus est.

[3]) *Martis* (v. indic., 21727 (a. 352)) cognomen an ex *Martius* ortum non sit dubito.

[4]) Cicero Orator 150, 152; Quintil. IX 4. 33, XI 3. 33—34; Seneca Ep. 40.

Caput 3.

De dissimilatione syllabica.

Dissimilatione syllabica, quae dicitur, fit, ut duarum syllabarum, quae ab eisdem consonantibus vel inter se similibus incipiunt aut in tales consonantes desinunt, altera minore sono acuta excidat. Exemplorum autem hic allatorum nonnulla utrum vere orta sint hac dissimilatione an vi syncopae, diiudicare difficile est.[1])

§ 22.

Primum exempla afferam ea, in quibus altera syllaba alteri continuatur.

a) Incipiunt hae syllabae ab eisdem consonantibus vel inter se similibus in vocabulis velut *Restutus* (= *Restitutus*) 12971 (a. 117/180), 21800 (a. 359), 12360 (a. 367/383): *Restuta* 13094 (a. 117/180), 14329 († IV/VI. s.). Ab his formis saepe inventis derivata sunt haec nomina: *Restutula* 11567: *Restutulus* 12993: *Restutina* 4616; *Restutianus* 7455, 8559.[2]) Forma *Restitus*[3]) 5986 e *Restitutus* ea ratione esse orta videtur, ut hoc nomen initio syllaba posteriore *tu* oppressa pronuntiatum sit *Restitūs*.[4]) deinde solita ratione accentus recesserit in primam syllabam *Réstitus*, inde orta declinatio *Restitus*, *Restiti*.

redderunt (= *reddiderunt*) 10021 (a. 237), 10025 = 21920 (eod. anno).

depossionis (= *depositionis*) 20301 (a. 349): ex *depositionis* igitur assibilatione factum est *deposisionis*, qua ex voce vi dissimilationis syllabicae exstitit *deposionis*:[5]) in voce *depossionis* denique

---

[1]) Huius difficultatis Mauritius Grammont in dissertatione quae inscribitur „la dissimilation consonantique" mentionem facit (p. 152): „En latin l'interprétation est rendue douteuse dans un certain nombre de cas par l'existence de la loi de syncope. . . . Il y a donc plusieurs exemples, pour lesquels on peut hésiter entre deux explications." Ceterum idem vir doctus in nomine dissimilationis syllabicae ut minime apto offendit: illud enim nomen huic rei dari non posse nisi cum forma integra (= „la forme non dissimilée") quoque olim in usu fuerit. Quod de meis certe exemplis non valet.

[2]) Etiam formam plene scriptam *Restitutus* ratione formae syncopa imminutae *Restutus* esse pronuntiatam Franc. Skutsch in archiv. Woelffliniani vol. VIII p. 368 planum fecit.

[3]) *Restus* 16101, quod nomen ex *Restitus* factum esse perspicuum est.

[4]) Cum natura phonetica linguae latinae convenire mihi non videtur quod Pirson (l. c. p. 54) de hac forma iudicat: „La voyelle tonique (peut) céder la place à la voyelle atone. Au lieu de *Restutus* on trouve *Restitus*."

[5]) Cum syncopa autem huic formae nihil esse existimo.

pro *s* una *s* dupla scripta est ut in aliis exemplis.[1]) *dposio* (= *depositio*)[2]) 20316 (s. IV.): de hoc nominativo dubito an fictus sit analogia formae casuum obliquorum modo expositae: *deposionis*, *deposioni* ea potissimum de causa, quod huius nominis casus genetivus usitatissimus omnium casuum in titulis sepulcralibus est. *deca(vit)* (= *dedicavit*) 9071; *dec(averunt)que* (= *dedicaveruntque*) 9093, quas formas potius vi syncopae quam dissimilatione syllabica esse ortas ego arbitror. Quodsi ita est, consonantes syncopa collisae *dc* assimilatione in *cc* vel *c* mutatae sunt. Quamquam id quoque conici potest coniuncta opera et syncopae et dissimilationis hanc formam effectam esse. *laetias* (= *laetitias*, ita explicavit Cagnat) 12434.

β) Terminantur duae illae syllabae consonantibus eisdem vel inter se similibus:

sores (= *sorores*) 21554 (s. V.); *trierchus* (= *trierarchus*) 7030 (a. 180/188); *antissimo* (= *amantissimo*) 2878: haplographiam hanc tamen, non haplologiam esse existimo. — *percus* (= *percussus*, cf. 9866 ubi id plene perscriptum) 9865 (a. 419) forma in titulo sepulcrali pro *percussus* scripta in compendiis non est numeranda, cum voces praeter *kal* (= *kalendas*) et *pro* (= *provinciae*) omnes perscriptae sint. Etiam formas *dissit* 9847 = 21728 (a. 361), 21637 (a. 410) et *disit* 9876 (a. 480) pro *discessit* adhibitas ad dissimilationem syllabicam esse revocandas censeo. Nam e *discessit* forma *dissessit* facta est[3]) assimilatione consonantium *sc* aut assibilatione consonae *c*. Iam *e* vocalem ante consonantem geminatam vel ante duas consonantes in *i* abire potuisse exempla infra allata docent,[4]) ergo existere potuit *dississit*.[4]) Nunc quid obstat quominus e forma *dississit* formam *dissit* vel *disit* ducamus syllabae primae litteras *iss* dissimilatione esse deletas arbitrati?[5])

§ 23.

Dissimilatione syllabica interdum syllaba a simili syllaba tertia quadam disiuncta deleta est, id quod Germanice „Ferndissimilation" nuncupamus. Cuius dissimilationis exemplis Graecis

---

[1]) Vide caput quod est de consonantibus geminatis (§§ 87 sq).

[2]) Pirson (l. c. p. 54 sq.) qui et ipse e dissimilatione syllabica formam *deposio* repetit, tamen ab ipsa forma nominativi, non casus obliqui proficiscitur. Fortasse subest assimilatio ut in mira illa forma tituli urbani VI 2979 v 5 *repossone subiscalire* = *repositione s.*

[3]) *dissesit* legimus in titulo 21801 (a. f. 425).

[4]) Vide caput, quod est de vocali *e* in *i* mutata. (§ 105).

[5]) *hobes* 13134, 7 forma in titulo „rusticitate et fatuitate insigni" (Joh. Schmidt) scripta est pro *oboediens*, de quo monstro coniecturas effutire nolo.

et Latinis adhuc prolatis[1]) hoc addo: *desirantissimo* (ex *desiderantissimo*) 21134; sed hunc quoque effectum dissimilationis non mediocriter adiutum esse puto vi syncopae. Etenim vel propter accentum in syllaba *tiss* positum *de* deleri poterat.

Caput 4.

De apocopa.

Non mirum est quod continue loquendo in media enuntiatione vocalis brevis vel etiam syllaba brevis, quas aliqua vox finales habet, ante vocem a consona incipientem delentur.[2]) Cuius detractionis, quae dicitur apocope, exempla in nostris titulis qui sermone cotidiano scripti sunt, inveniuntur; quamquam de nonnullis diiudicari non potest, utrum vocalis finalis vel syllaba finalis vi apocopes dempta an compendii causa omissa sit.

§ 24.

Vocalis finalis periit:

a) *ĕ*: *curant Kalendione* 4408; *in expedition Judaica* 6706 (a. 117/138); *in pac vixit* 14219 (†); *se vivent fecit* 3911; *patre duoviro questor cui* 9642 cf. 21494; *celebra(n)t v(iro)* 8429 cf. p. 970; *ben meren(ti)* 9813 cf. p. 2050.

Additamentum: *ex Fl. Secunda uxor.* 3048; ergo in extrema enuntiatione vocalis *ĕ* finalis omissa est. Quae mira detractio explicari potest ita, ut ille ablativus, qui in media enuntiatione vi apocopae decurtatus erat, eadem forma in finem enuntiationis traiceretur. Sed credibilius *uxore* olim in lapide fuisse quoniam spatium sufficit.

β) *a*: *Valeri Donata* 9687; *Valeri Matrona* 21794.[3])

γ) *i*: *sib postr[isque]* 20071; *ib nat(us)* 9179 = 20819; *Aurelian filio* 21700; *Jovin filius* 20603; *coniug piae* 9507.

Additamentum: Potius in compendiis scribendi quam in apocopae exemplis ut nonnulla ex eis quae antecedunt ita numeraverim haec exempla: *memoriae Jul Felicis* 9090 (a. 255); *memoriae Jul Ciceronis* 9114; extremo in

---

[1]) cf. Brugmann „*Ὠλεκρανον* aus *ὠλενοκρανον* und Verwandtes“ in „Berichte der sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften“; phil.-hist. Klasse vol. 53/54 (1901/02) p. 31 sqq.

[2]) cf. Skutsch, Plautin u. Roman. § 4.

[3]) 20816 *oper militum* pro *operâ m.*: A periisse videtur errore lapicidae.

versu *i* omissa est in exemplis velut *Marcellae uxor* | *v(ixit) a(nnis)* 7181. *coiug* | *pon(endum)* 11295; *perpetuo imperator* | *L. Domitio* 22132 (a. 270/275). — Vocalis *o* finalis in fine versus periit: *piissim fratri* 9135. — *duomvir vicensumari* 7099 (ante a. 6 p. Chr.) potius *duomvir(um) vicensumariorum* quam *duomvir[o] vicensumari* videtur significare.

§ 25.

Syllaba finalis periit:

in pa (= *pace quescit*) 21636 (a. 365) quo in exemplo haud scio an dissimilatio syllabica valuerit syllabis *ce* et *que* aeque sonantibus.

Additamentum: Extremo in versu compendii causa syllaba finalis omitti potuit in his exemplis; *haber* / *certamen* (= *haberet c.*) 2728, 47 (a. 152); *sup* / *desiderato* (= *super d.*) 4416; *deb* / *erexerat* (*debet e.*) 21636 (a. 365).[1])

Caput 5.

De procopa.

Non modo mediae et extremae syllabae vocis perierunt, sed etiam primae syllabae, id quod nostra aetate „procope" nominatur. Quam deminutionem celeritate dicendi esse effectam nemo est quin intellegat: *Sclepiae* (= *Asclepiae*) 3818. Sed exempla duo insequentia, quamquam ob vocalem vel syllabam, quam principalem habeant, omissam huic capiti esse tribuenda videntur, tamen apocopa non effecta sunt, sed scriptura inversa, quae dicitur. Idem enim sonus erat syllabae ab *isp* vel *esp* incipientis atque syllabae a *sp* incipientis. Sic explico haec duo *Spanus* (= *Hispanus*) 9197, 10588 = 14550; *splorator* (= *esplorator* ex *explorator*) 21668.

Excursus.

Paragraphos tres, quae de vocibus non plene perscriptis sunt, quasi appendicis loco his de vocalibus et syllabis deletis capitibus adiciam.

§ 26.

De compendiis scribendi.

Compendia scribendi, qui volet, in libris notissimis velut in libro Renati Cagnati qui inscribitur „Cours d'épigraphie latine" inveniet. Rariora autem pauca, quae afferantur, digna mihi videntur velut

---

[1]) Quamquam editor supplet: „debebat".

vit (= *vixit*) 4075, 4076, 4434, 5034, 5770, 9950 = 21791 (a. 589); *mas* (= *manibus*) 20339; *dedvit* (= *dedicavit*) 20769; *mria* (= *memoria*) 21737 (a. 390?), 9876 (a. 480); *carmo* (= *carissimo*) 4504; *as* (= *annis*) 10855 = 18973; *Januar — s* (= *Januariis*) 9014; *Februars* (= *Februarius*) propter exiguitatem spatii iuxta *Januarius, Martius, Junius* 12588; *Jul⟨l⟩s* (= *Julius*) 19961.

§ 27.

De litteris neglegenter ligatis et falso omissis.

Neglegentia in litteris ligandis ortas esse has formas iudico[1]: *amntissimus* 13171 (a. 117); *Constantni* 20607 (a. 326 333); *marto* 4460 = 18620; *Paulins* (ergo *Paulns* cf. p. 5) 20774; *sacrm* 17099; *Scndi* 8990.

Falso omissae sunt errore lapicidae una vel plures litterae in his exemplis:

fcit (= *fecit*) 21534; *rdit* (= *reddit*) 17642 b 7; *pce* (= *pace*) 13821 († IV/VI s); *sgno* (= *signo*) 9179 = 20819; (*dis*) *manus* (= *manibus*) 18561; *ofina* (= *of*(*f*)*icina*) 10478, 1 b = 22642, 3 (lucerna) *Maxianus* (= *Maximianus*) 22582 (a. 284/305); *pontici* (= *pontifici*) 22586 (a. f. 238); *Verecunsium* (= *Verecundensium*) 4225.

§ 28.

De ratione quadam verba breviandi.[2])

Denique de ratione quadam mirabili verba breviandi verba faciam, quam satis multa exempla praebent. Cuius rationis Terentius Scaurus grammaticus p. 14 15 K mentionem facit. Ratio autem de qua agitur est haec, ut consonans sola pro nomine suo substituatur et ita totam syllabam efficiat. Ergo scribebantur et litterae *c, d, k* pro syllabis *ce, de, ka* et litterae *l, m, n* pro syllabis *el, em, en*:

c: *Sucsor* (= *Su*(*c*)*ce*(*s*)*sor*) 17642 b 5; *Scra* (= *Scera*) 21308.

k: *Estrikta* (= *Estricata*) 20549; *krissimo* 9975 (a. 392); *krissimae* 8550; *klendas* 9977 (a. 398), 9982 (a. 416), 21804; *edifikbimus* (= *aedificavimus*), *edifikberunt* (= *aedificaverunt*) 12035 (a. 582 602).

d: *fidlis* 14240 († IV/VI s.); *fidles* 13940 (eadem aet.); *dposio* (= *deposi*(*ti*)*o*) 20316 (ead. aet.).

aut *t* aut *f*: *Istfanus* (= *Stephanus*) 12035 (a. 582 602).

---

[1]) Quae et qualimodo litterae fuisse ligatae potuerint, signis appositis explicare volui; sed obstant difficultates typographicae.

[2]) cf. Lindsay, Die lateinische Sprache III § 14, p. 203.

m: *quidm* 20277; *Septmr(es)* 20600 (a. 359).

n: *Clemntis* 4959, 16990; *Clemntiani* 5916; *Tirntius* 17555; *Kalndas* 8641 (a. 419); *mernti* 18325, 18475; *nongnt[a]* (= *non(a)genta*[1])) 11154; *Crescns* 19729; *Vicntia* [L'Année épigraphique 1897 p. 10 n. 31][2]).

r: *sacrdos* 14972 (s. III_1), 17642 a 9; *hres* 17706; *Celr* 11708 ad 548; *fratr* 18206.

x: *vxit* 6220, 8100, 8101, 9496, 11380, 15224, 20405; *ux(i)t* 4716, 6393, 6531, 9876 (a. 480), 13787 († s. IV/VI), 20785; *uxsit* 11462. Alteram harum scripturarum explicationem proferam in § 115 quae mihi magis probatur.

s: *Octobrs* 21806 (a. 389).

Omnia igitur huius scribendi rationis exempla, in quibus quidem aetas ascribi possit, post saeculum alterum inveniuntur.

Caput 6.
De consonantibus omissis.
I. De consonantibus finalibus omissis.

Cum vis sonandi in pronuntiando nomine bisyllabo vel trisyllabo ab acuta usque ad extremam syllabam hebescat, in titulis Latinis qui sermonem cotidianum exprimunt, consonantes finales perire solent.

§ 29.
De *m* finali omissa.

Qua de re satis habeo eos qui legunt ad Diehlii commentationem, quae inscribitur „De *m* finali epigraphica"[3]), delegasse.

§ 30.
De *s* finali omissa.

Ut modo dicta de causa consonas finales in universum perisse consentaneum est, sic contra *s* finalem esse abiectam mirum. Omnes enim linguae romanenses praeter Italicam et Rumanicam *s* finalem diutissime, nonnullae usque ad hunc diem servaverunt. Tamen huius litterae item ut *t* omissae exempla in omnibus fere CIL voluminibus inveniri tabula a Pirsono[4]) conscripta demonstrat.

---

[1]) cf. Ihm, Vulgärformen latein. Zahlwörter auf Inschriften (ALL VII 1892 p. 65 sq.).

[2]) Id exemplum, quod neque in vol. VIII neque in supplementis huius voluminis investigare potui, R. Cagnat l. s. s. ut Africanum profert.

[3]) cf. annal. philol. suppl. vol. XXV a. 1899 p. 1—327.

[4]) Pirson l. c. p. 102/103.

Qua de re Sommer[1]) cum dicit: „Daher sind auch die Beispiele, in denen auf vulgären Inschriften -*s* weggelassen ist, sicher nur als dialektisch aufzufassen“, non recte iudicat. Exempla *s* finalis omissae haec inveni. Consona *s* finalis periit

a) ante consonantes

α) ante *s*[2]):

praecedente *u*: *Marciu* 6020; *Pinniu* 19820; *prefectu* 9800; *porticu* 16538 (s. IV); *manibu* 13145 (a. 117/180);

praecedente *i*: *frat(r)i* 9950 = 21791 (a. 589), *nobi* 20776 (a. 354);

praecedente *e*: *lare*[3]) *suo* 5784 (iuxta *domus suae, pro[r]sus sicut*); *here* (?) 9801;

praecedente *a*: *k(a)lenda* 21804;

β) ante *m*:

praecedente *u*: *Sabiniu* 14313[4]);

praecedente *i*: *di manibus* (DI·MANIBUS) 11464; *pontifici* 22081 (a. 250/251);

praecedente *e*: *Caesare* 20635 (a. 284/305);

γ) ante *n*:

praecedente *u*: *filiu* 3899;

praecedente *i*: *Caesari* 13142 (a. 117/180);

δ) ante *p*:

praecedente *u*: *maritu* 3613; *principatu* 5306;

praecedente *i*: *patri* 4517 (s. III): *c(a)esori* (8774 =) 20590 (a. 419); *admirabili* 8559;

praecedente *e*: *Octobre* (? in versu extremo) 10932 = 20480;

praecedente *a*: *Au(gu)sta* 9877 (a. 452: sed post AVSTA versus desinere videtur): *Matil(l)a* 13085 (a. 117/180): *Eutycha* (?) 21225; *Nemesa* (?) 21228;

ε) ante *b*:

praecedente *u*: *Praeciliu* 5170;

ζ) ante *v*:

praecedente *u*: *Lupercu* 11951: *Gemellu* 20567: *Iovinu* 3899; *Euporu* 5579; *Acimariu* 6093: *Marcelu* (6678 =) 19352; *Sadiariu* 8134; *Angellicu* 3384;

praecedente *i*: *Martiali* 4709: *Vernali* 7359: *Victori* 3673; *matri* 9586 (†): *castitati* 13134, 17/18 (a. 117/180);

---

[1]) Handbuch der latein. Laut- und Formenlehre p. 306.

[2]) Vide caput quod est de sandhi §§ 64 sq.

[3]) cf. Diehl l. c. p. 237.

[4]) *plu min(us)* 9982 (a. 416) et *plu m(inus)* *XXCI* 9752 (a. 450) per compendium scripta esse videntur.

praecedente *o*; *suo*[1]) 5784;
praecedente *a*: *Prota* 20792 (in fine commatis);
praecedente *n*: *Cre(s)cen* 15746;
η) ante *c*:
praecedente *i*: *potestati* 22052 (a. f. 270);
praecedente *e*: *Eutice* 9431; *grave*[2]) 16566, 12 cf. Bücheler CLE 1332 (metro urgente?); *imperatore* 20635 (a. 284/305);
praecedente *a*: *Dama* 12710 (s. I_2/II_1);
ϑ) ante *g*:
praecedente *u*; *Um(b)riciu* 19067;
ι) ante *q*:
praecedente *u*: *Fortunatu* 5665; *Quintu* 19129;

Additamentum: *s* quam facile per errorem lapicidae excidere potuerit, intellegitur ex versu hexametro 19913 (s. IV), ubi scriptum est *perpetuuque pater*, sed versus *-uusque* postulat. Idem fere valet de *posterique* 5284 cf. 17466.

κ) ante *d*:
praecedente *u*: *opu* 22632, 58; *filiu* 4174a;
praecedente *i*: *fratri* 5699 (a. 197); *pronepoti* 15383 (a. 180/192); *patri* 2309 (†); *nostri* 2662, 9 (a. 222/235, in versu hexametro);
λ) ante *t*:
praecedente *a*: *Heracla* 21025;
μ) ante *l*:
praecedente *u*: *Liciniu* 11951; *salvu* 8424b cf. p. 970;
ν) ante *r*:
praecedente *u*: *Leliu* 16101;
ξ) ante *f*:
praecedente *u*: *[Quodvuld]deu* 13880 († IV/VI s.); *eiu* 2037; *heiu* 3520; *dulc(i)simu* 4174b; *invictu* (?, in extremo versu) 22462 (a. 284/305);
praecedente *i*: *vivi* 4398, 17739;
o) ante *i̯* (*j*):
praecedente *i*: *principi* 2706 (a. 198/211);
praecedente *u*: *Idu* 21740 (a. 423).

Additamentum: ante notas numerales:
praecedente *i*: *anni, ani* 22ies;
praecedente *e*: *men(s)e* 21667; *die* 20172;
praecedente *o*: *anno, ano* octies;
praecedente *a*: *Fa(e)licita* 11750.

b) ante vocales et *h*:

---

[1]) cf. Diehl l. c. p. 237.
[2]) Incertum est utrum significet *ob grave(s) casus* an *ob grave(m) casu[m]*.

α) ante *e*:

praecedente *u*: *situ* 21145; *setu* (= *situ(s)*) 9639; *piu* 21723 (a. 220); *filiu* 20751 (a. f. 260); *sit est* (ex *situ(s) est*) 21302, 21814; *maritu* (in extr. versu) 18429; *corpu* (in extr. v.) 5488;

praecedente *a*: *facia* 19525 b 1; *depona* 19525 b 2;

praecedente *e*: *lave* (?) 8424 b cf. p. 970;

β) ante *ae*:

praecedente *a*: *Apolla* 4580;

γ) ante *a, au*:

praecedente *i*: *plebi* 11810 (in fine commatis, a. 235/238); *matri* 2549 (a. 198); *coniugi* 10814;

praecedente *a*: *A(u)gusta* 20644 (a. 467);

δ) ante *u*:

praecedente *a*: *Artema* 12934 (a. 117/180);

ε) ante *o*:

praecedente *u*: *dulc(i)simu* (?) 4174 a;

praecedente *a*: *Nona* 9899 (a. 557, i. extr. v.);

ζ) ante *i*:

praecedente *a*: *facia* 19525 (bis) a 3 et b 2;

praecedente *u*: *Reparatu* 13887 († IV/VI s.);

η) ante *h*:

praecedente *u*: *eiu* 21337 (in una parte, in altera parte est *eius hunc*);

praecedente *i*: *numini* 7604.

c) in fine enuntiationis:

α) praecedente *u*:

filiu 18475; *missu* 20758, 25 (in fine enuntiationis et versus hexametri); *eiu* 20336; *coniu* (*x* = *s*) 7804;

β) praecedente *a*:

Martia 11651;

γ) praecedente *e*:

messe (= *menses*) 21145.

Nominum propriorum in *u* pro -*us* exeuntium exempla plura sunt, quam ut omnia afferri possint.

Additamentum I: Littera *s*, qua vox primam partem nominis proprii compositi efficiens terminatur, periit in *Deudedit* 13615 († s. IV/VI); *Deuhabet* 13614 (eiusd. aet.). Littera *s* non excidit in *Portumagnus* 21614 (a. f. 209), sed haec forma eadem ratione qua *Novocomensis, Foroiuliensis, Leptimagnensis* secundum formam ablativi *Portu magno* ficta videtur esse.[1])

---

[1]) Skutsch, Jahrb. f. class. Philologie vol. sppl. 27 p. 104/105.

Additamentum II: *-us* ⟩ *-o*[1]: *laboribo* 4354 (a. 578/582); *meno* (= *minus*) 16307; *sepulto* 7440. Non ad hanc deminutionem pertinere formulam *oriundo* 19996 notum est (cf. Kroll-Skutsch ad Firmicum p. 1).

§ 31.

De *t* finali omissa.

Litterae *t* finalis quoque omissae exempla in titulis et Italiae et provinciarum exstare tabula Pirsoni docet. Haec igitur deminutio sicut *s* finalis deleta ad dialectum quandam non pertinet, id quod cum Sommeri verbis: „Dialektisch ist *-t* in der Vulgärsprache ganz weggefallen“ discrepat.

Ratio ipsa, qua lingua Latina in *t* finali abicienda progressa est, fere haec esse mihi videtur: Primum ante consonantes haec littera excidit, quod plures consonantes continuae celeriter vel neglegenter loquenti non faciles erant ad pronuntiandum. Itaque nonnullis in titulis *t* finalem ante consonantes abiectam, servatam vocali sequente videmus velut in his: 5229 cf. 17401: *quiebi s(ub)* iuxta *vixit in* et *militabit* (scil. *annos*) XVII; 7928 *fecerun*[2]) *titu(lum)* iuxta *vixit anis*; 9941: *fecerun viva* iuxta *vixit anis*; 8424 cf. p. 970: *e bono* (= *et bono*) iuxta *iusit ex*; 21229: *patri suo ... monimentum feci vixit annis ...* (= *movimentum fecit vix.*). Hae duae rationes paulatim confundebantur, ut etiam ante vocalem *t* abiceretur. Quamquam *t* ante vocalem omissa interdum incerta est; ut exemplo utar: in titulis 6110, 8240, 8913 (?), 17094, 11370, 11394, 11689, 13469, 14790, 14819, 21148, 21699 verbum *vixi* formulae sepulcralis *vixi annis* vel *annos* utrum prima persona an tertia sit existimanda, in dubium vocari potest. Littera *t* finalis abiecta est:

a) ante consonantes:

α) praecedente vocali:

discesi 21748 (a. 351) ante *n*; *dole* 5001 ante *r*; *valea* 22632, 52 (?) ante *q*.

Additamentum: ante notas numerales: *vixi XXXXI* (scil. *annis*) 6622; *anis vixi XXXX* 17367 (an I. persona?); *visi* (= *vixit*) *LX* 6160 = 19228; *vixi* 11109 (an I. pers.?);

β) praecedente consona *n*:

coeperun (s. II) 2547 ante *q*; *adsurgun* (s. IV) 19913 ante *s* (in hexam. v., in eod. tit. *dedit officiis, suspiciant cuncti, posuit Cristi*).

---

[1]) cf. caput quod est de vocali *u* mutata (§ 123 c).

[2]) Vide caput huic de detractione parti adiectum, quod est de sandhi. (§§ 64 sq.)

Additamentum I: His exemplis adicio: *egerum*[1]) 11306 ante *fili*; *ponum* 6951 (?, post *ponum* lapis desinit). Consonae *nt* perierunt in *feceru* 21795 (†, ante *domum*).

Additamentum II. De exemplis *pos tergus* 11824, 16 (in primo pede pentametri); *posque* 10945 cf. 21495 nota est F. Ritschelii in opusculorum vol II p. 541 sq. disputatio. Cui tamen in ea re non assentior quod *pos* formam primigeniam esse dicit. In exemplis Africanis certe *pos* ex *post* exortum est.

b) ante vocales:

α) praecedente vocali:

vixi annis vel *annos* vel *anis* 7866 = 19604, 8134, 9351, 14441, 17088, 20536, 21780, 21801.

β) praecedente consona:

sitas (= *sita est*) 21087 ante *a* sive in fine enuntiationis; — *constituerun* 21671 ante *e* (iuxta *dedicarerunt* in fine enuntiationis).

Additamentum: In titulo 21490 post *feci* lapis fractus est.

c) in fine enuntiationis:

fecerun 11471, 11481 (iuxta *vixit annos*); *fecer(u)n* 9156; *sitas* 21308; *ades* 9277 = 20855.

Utrum prima an tertia persona sit, diiudicari vix potest in perfecti activi formis:

curavi 9517 (iuxta *vixit annos*); *titulavi* 21772 (a. 333, iuxta *vixit annis* et *discessit V Nonas*); *feci* 22645_{222} (vasc. cretac.), 11221, 11279 (iuxta *vixit an.*), 10941, 12771, 12777 (s. I_2 II_1, iuxta *vixit annis*), 8572, 12919 (a. 117/180), 9399; *fici* (= *feci*) 12777 (iuxta *vixit annis*, I_2/II_1 s.).

Additamentum: Excidit littera *t* finalis eius vocis, quae nominis proprii compositi pars altera est, in

Quodvuldeus 13875 († IV/VI s.), 13878, 13879; *Cobuldeus* (= *Quodvultdeus*) 13876.[2])

§ 32.

De *d* finali omissa.

Ratione aequa ac *t* littera *d* quoque finalis periit. Cuius litterae deletae exemplum unus titulus partim soluto sermone partim astricto h. e. dactylico numero scriptus praebet:

quo fuit (= *quod fuit*) 16506_{14} (iuxta v. 9 *quod fuit*).

Ceterum *d* finalem abiecit vox efficiens primam partem huius nominis proprii compositi *Quovu[ltdeus]* 13874 († IV/VI s.), qui titulus fortasse est idem atque 14193; — *Cobuldeus* 13876.

---

[1]) Vide caput huic de detractione parti adiectum, quod est de sandhi §§ 64 sq.

[2]) Forma huius nominis breviata est *Codbul* 14236.

§ 33.

De *r* finali omissa.

Id quod de ratione *t* finalis abiciendae iam dixi, ad *r* finalem quoque spectat: omnia enim *r* finalis deletae exempla uno excepto ante voces a consona incipientes leguntur; *r* finalis periit

α) ante consonantes:

ante *p*[1]):

uxo 5036; *pate* 13028 (a. 117/180); *Alexande* 10471 = 22250 (a. 222/235);

ante *d*:

frate 9847 = 21728 (a. 361); *quattuo* (?) 10932 = 20480 (†).

Additam.: in fragmento lapidis *Victo* 20376.

β) in fine enuntiationis:

pate 21717.

§ 34.

De *b* finali omissa[2]):

Consonans *b* finalis consonae ei, a qua vox insequens incipit, assimilata periit: *su cur(a)* 14566 (a. 138);[3]) *su die* 21539 (†).

§ 35.

De *n* finali omissa.

Litterae *n* finalis deletae duo tantum exempla exstant, quorum alterum: *i nomine* 2272 (†) id quod his temporibus termino „sandhi" nuncupatur, putandum est, alterum: *i deo* 22653_{11} (anulo inscriptum) *n* finalem ante consonantem demptam habet.

II. De consonantibus, quae inter se cohaerent, deminutis.

Lingua Latina, vulgaris imprimis, eo vergebat, ut e duabus vel tribus consonis inter se cohaerentibus unam demeret.

A. Primum ea exempla proferam, in quibus prima consonantium duarum vel plurium contiguarum dempta est.

§ 36.

Consonantes *-bst* in *-st* deminutas praebet nomen *Ostoria*[4]) 12667 (II_1 s.; = *Obstoria* 4387, 4404, 4747, 4748, 8383).

---

[1]) *furo* 21562_{12} demonstrat quam facile error lapicidae irrepere potuerit. *furor* enim postulat lex rhythmi prosaici in hac inscriptione observata.

[2]) Vide caput quod est de sandhi §§ 64 sq.

[3]) cf. *succura* CIL XV 7236.

[4]) cf. *ostendo* (ex *obs-tendo*).

§ 37.

Hac deminutione saepissime consonantes duae vel tres contiguae, quarum prima littera *n* vel *m* est, affectae sunt. His in litteris omittendis naturam nasalium obscure sonantium aliquid momenti habere verisimile est. Dempta autem *n* vel *m* consonante vocalem ante *s* certe productam fuisse notum est.

a) Littera *n* periit: *α*) ante *s*:

Talium exemplorum plurima *n* ante *s* et post vocalem *e*[1]) deletam habent; potissimum igitur vocalem *e* ante *s* aliquando ratione nasali sonuisse putaveris:[2])

meses 21457 (s. III). 12200 (†), 17445 (†), aliis in tit.: 40^ies^; *mesibus* 13122 (a. 117/180), 9111 (a. 246), 9644 (a. 259), aliis in titulis: 27^ies^;

mesa $20780_{5.6}$ (a. 318), (8774 =) 20590 (a. 419), 8633, al. in titul.: 18^ies^; *messes* (= *menses*) 18302, 21145; *mesor* 12636 (I_2 II_1 s.), 12638 (aet. eiusd.), 2564 b_{19} (II_2 s.), 2946, 3028;

agrimesore(m) 8812 (a. 222/235); *Cresces* 2618 (a. 196/212), 2482 (a. 253), 17903 a 5 (a. 363), al. in titul.: 44^ies^; *Ceresces* 6220, 16940; *Vales* 3075, 3102, 16862, 11440, 9388, 9762; — *doles* 3509 cf. 18191; *Clemes* 5448, 7340, 13196 (s. II); *Prudes* 5504 = 18828 (a. 211); *Pudes* 22632 (a. 161/169), 19040, 11091; *Sarpes* (?) 19006; *Innoces* 17388 (†); *libes* 14950 (II_2/III_1 s.), 15163 (eiusd. aet.), 5311, 5667, 19200, 12491; *praeteries* 9350 (aet. Iubae); *preteries* 9496; *subvenies* 7384 (in eodem titulo *innocens, parens, praestans!*); *hobes* (= *obeses* ex *oboediens*, cf. p. 15, adnot. 5) 13134 (a. 117/180); — *Hortesius* 2002, 3125; *Ortesius* 2086, 18995; *Hortessus* (= *Hortensius*) 21706; *impesis* 4425, 20320, 8711; *impesa* 15051 (II_2/III_1 s.). 21086 (aet. Iubae); *inpesa* 12633; *inofesus* 18792; *defesor* 21640; — *Caesaries(is)* 9386 = 21042; *Caesaresis* 8813 (a. 117/138); *Siccesis* 13072 (a. 117/180); *Vanisnesi* 20627; *Buresis* 15335; *Bastresi* 15779; *Arnesis* 12955 (a. 117/180), 14099 (titul. Iudaic.), 14720, 15097 (II_2/III_1 s.), 8857, 8865; *Castresis* 2043, 3324, 3709, 4170; *Cas(t)resis* 5216; *Traianesi* 3198 cf. 18312; *Aniesis* 2812; *Utines(is)* 17357; *Turesis* 8842 = 20650; *Sentiesis* 13345; *Sobaresis* 12390, 12394; *Cabiresis* 20675; *Cirtesia* (?) 7479, 7480, 7481; nomen *Castresianus* 19899 a *Castresis* ductum est; — *Aureliese* 8811 = 20618; [*R*]*omanes*[*i*]*s* 10478_{37} (in lucerna); *Chirt*[*e*]*sis* 16941; *Celtian*[*e*]*s*(*ium*) 19688.

---

1) Lindsay, Die lateinische Sprache II § 61 p. 74.

2) Sic Schuchardt, Vokalismus des Vulgärlateins I p. 110—112; Joh. Schmidt, Zur Geschichte des indogermanischen Vokalismus I p. 98 sq.; aliter udicat Seelmann, Die Aussprache des Latein p. 283 sq., 288 sq.

Nasalis post *o* evanescentis exempla haec sunt praeter trita illa compendia scribendi *cos*[1]) *procos* pro *consul proconsul*: *procosuli* (vox est perscripta) 22591 (a. 216); *cost[ituta]* 21563 (a. 246); *Costantius* 20635 (a. 284/305); 11217 (a. 292/305), 22108 (eod. temp.), 22101 (eod. temp.), 22345 (eod. temp.), 10178 (eod. temp.; iuxta *Constantio*), 10171 = 22286 (a. 305), 8251 (a. f. 306), 22538 (a. 323/361), 8639 (a. 405), 9918; — *Costantinus* 15266 = 1431 (a. 305/306), 22570 (a. f. 306), 22572 (eod. temp.), 22574 (eod. temp.), 10035 (a. 306/337?), 22179 (a. 306/337), 10155 = 22246 (eod. temp.), 10193 (eod. temp.), 9967 (a. 384), 4354 (a. 578/582); *Cost[antino?]* 22114/115 (a. 306/337), 22117 (eod. temp.); *Costas* (= *Constans*) 16672; *sposo* 4318; *isposa* 3485, 16733; *Cosidius* (?) 9814 (an ex *Cossidius*?)[2]).

post *i*: *iscripta* 2438 (a. 195/198); *iscripsi* 11268 (an prothesis?); *istituit* 21805 (a. 359), 9981 (a. 364), 9975 (a. 392), 21169; *istituerunt* 9968 (s. IV), 9967 (a. 384), 21806 (a. 389), 9971 (a. 399), 9966 (a. 402), 21801 (V_1 s.), 9985, 9987; *istituerut* 9977 (a. 398), 9982 (a. 416); *istituuerunt* 9984 (a. 429); *istitu[tum?]* 14436_5 (a. 326); *istituuisse* 9976; *istrumenta* 12457 (titul. Iudaicus); *Istantius* 7543; *istantia* 11186; *istan[tia?]* 9974; *istansia* 21696.

post *a*:

Costas 16672; *infas* 5482 cf. 17507, 21476; *remasit* 5798; *Trasmarinus* 8638 (a. 405), 8639 (eod. anno), 8648 = 20414 (eod. anno); *Trasmarina* 8648 = 20414 (a. 405); *tram(are)* 2557_{31} (ex *trasmare*).

β) Exempla multo pauciora *n* ante dentales deletae inveniuntur:

ante *t*: *Floretina* 4477; *Placetin(u)s* 9101 cf. p. 1960; *Valetina* 13985 († IV/VI s.); *Teretius* 4088; *Decetio* 22285 = 10166 — 10169 (a. 355/365); *mereti* 2278, 3600 cf. 18193, 9660; *fletes* 19606; *pietissime* 3961 = 18381; *monimetum* 10632; *monimetus* 11751; *iuvetut(is)* 22451 (a. 323/361); — *Arrutius* 3431 (in eodem titulo *Arruntia*); *fecerut* 2192, 5926 (†), 9950 = 21791 (a. 589); *posuerut* 11616 (an litterae *-runt* ligatae sunt?); *istituerut* 9977 (a. 398), 9982 (a. 416); *celebrat(e)* 8429 cf. p. 970 (ablat. sing. part. praes); *Scatia* 19626; *qaragita* 12200 (†); *Crota* 5445 (*Coronta* 1981, *Cronta* 7346).

ante *d*: *spledidissima* 18323_{19} (a. 379/383, in eodem titulo *splendore*); *Verecuda* 1957; *Mudius* 7285; *Abuda* 19956; *Secudus*

---

[1]) In voce *consul* *n* ante *s* ut esse scriptam, ita non pronuntiatam Quintilianus memoriae tradidit (I 7, 28/29).

[2]) cf. Guil. Schulze, Z. Gesch. latein. Eigenn. p. 158.

2063, 11858, 14750, 22645_{342} (vascul. cretac.); *Nudinarius* 16970; *Nudinari(u)s* 17006 (bis); *Bladus* 12504_{14}; *Vidicis* 22644_{354} (in lucerna).

γ) ante gutturales:

ante *g*:

sig(ularium) 9054; *Logunius* 16312; *Logius* (nom. gent.) 2626 a 15 (a. 270/275);

ante *c*:

proviciae 20304 (a. 349), 21801 (V_1 s.), 9923 cf. p. 2065 (a. 554); *pricipum* 22309 (a. 364/375); *Vicentius* 16819; *uctor* 21102 (?); *Pacrusis* (fortasse respondet nomini Graeco *Πάγχρυσος*) 5195 = 17323; *sacti*[1]) 10665 = 17607 *sacta*[2]) 20600 († a. 359);

ante *q*:

reliquat 7156_7; *reliquendus* 2728; *ceque* (= *quinque*)[2]) 12200.

Additamentum: Litteram *n* ante semivocalem *i̯* omissam uno in vocabulo *coiux* inveni at in eo creberrime:

coiux 13082 (a. 117/180); *coiugi* 12864 (I_2 II_1 s.); 13130 (a. 117/180); *coiunx* 2808, 16613; *coius* 3672, 18475; *cougi* 20603.

b) Littera *m* deleta est:

Exempla *m* ante labialem ut similem consonam omissae plura exstare quam *m* ante gutturalem deletae consentaneum est: scilicet *m* ante gutturales non occurrit[3]) nisi in nominibus Punicis. quae quo iure hic afferam sane dubitari potest: *Nagede* 20556 (*Namgedde* 4906, 4907, 10684). Periit autem *m* ante labiales:

b: *Decebres* 10517 (†), 21363; *Setebres* (= *Septembres*) 11652;

p: in nominibus vernaculis: *Napamo* (= *Namphamo* 321, 826, 2954, 4607, 5552, al. in titul.; *Nampamo* 5636. 6788, 7813) 2211; *Nampame* 16943 (: *Namphame* 1618; *Nampame* 1529, 8232, 10563); *Napuli* 4774 = 18687 (: *Nampulus* 6012, 6527, 6536, 6537, 6535, 6919); *Napulitanus* 5947;

Sepronius 21761; *Popeius* 7643: *Popee* 18450 (an ex *Poppaea*?); *Poponius* 15473; *Poponia* 16164; *Ipetrata* (?) 6242; *ipraecor* 2484; *tepore* 2494 (aet. Byzant.); *incoparabilis* (7331 cf.) p. 1848; *syponiacus* (= *symphoniacus*) 21101 (titulus sepulcralis);

ante *f*: *tufatoris* (= *triumfatoris*) 22436 (a. 355/363).

---

[1]) De his formis Lindsay, Lat. Sprache II § 70 p. 81/82 iudicat: „Zu den Doppelformen *nanctus* und *nactus* haben wir ein Gegenstück in *sactus* (Grundform zu cymr. *saith*) neben *sanctus*. — Die Formen mit *-ct-* haben sich nicht aus denen mit *-nct-* entwickelt, sondern sind Nebenformen, bei denen das *n* des Präsens nicht eingedrungen ist." Quod quam vere dixerit dubito quam maxime.

[2]) Et illa consonae *n* inter vocalem *e* et consonantes *s* vel *t* omissae exempla, quae supra commemoravi, et huius formae vocalis *e* pro *in* posita, naturam litterae *e* nasalem mihi videntur comprobare.

[3]) In hoc numero nescio an habendum sit *Silvanuque* (= *-umque*) $19525\,b_1$.

§ 38.

In vocibus insequentibus littera *s* prima consonantium duarum vel plurium contiguarum excidit; ergo consonans *s* celeriter vel neglegenter eloquenti difficilis ad pronuntiandum fuisse mihi videtur.

Littera *s* excidit:

α) ante *t*:

Celetina 10505; *Caelaeto* 9349 (aet. Iubae); *Venutus* 9212 cf. 20830; *magiter* 21568; *filiatrum* 2848; *Etricatus* (= *Estricatus*) ex *Extricatus* 6414; *Fautina* 13656 (IV/VI s.); *Augutorum* 9434; *maietati* 22193 (a. 350/353).

β) ante gutturales:

ante *c*: *recisio* (= *rescissio*) 10701 cf. 17617 (†); *Creconius* $16396_{5 \cdot 6}$ († s. VI. vel VII.); *dicest* (= *discessit*) 21806 (a. 389);

ante *q*: *sequiplicarius* 9829, 21044; *ceqqet* (= *quiescit*) 21428 (†). Fieri potest, ut ex his exemplis tria (dico *recisio, seq(ui)plicarius, dicest*) litteram *s* vi dissimilationis perdiderint.

γ) ante labiales: *Hopitalis* 5434.

δ) ante *m*:

Exempla *s* ante *m* deletae ea sonorum affectione, quae in vocabulis conectendis fit, procreata sunt[1]):

tram(are) 2557_{31} (ex *tras mare*, cf. p. 27); *pomer(idianis)* 9179 = 20819 (= *posmeridianis*, quae forma facta est ex *postmeridianis*).

§ 39.

Consonans *g* in consonantibus coniunctis *gn* periit: *Naus* (= *Gnavus*) 13296.[2])

Additamentum: In nomine barbaro *Baribal* 9442, 16712 consona g ante b perisse videtur (: *Barigbal* 4729, 9085, 9086).

§ 40.

Factum est etiam, ut liquidae *r* et *l* ante consonantes obscure vel neglegenter pronuntiatae perirent.

Liquida *r* excidit: ante labiales: *Tupilia* 8169, *Babatus* 14170 († s IV/VI). Huc rettulerim etiam *consevi* (= *conservi*) 21303.

ante dentales: *Latidia, Latisi* (= *Lartidia, Lartidi*) 21113; *sacedos* 14999 (II_2/III_1 s.); *Quata* 16085;

ante *s*[3]): *Controsarus*[4]) (= *Controrsar(i)us* ex *Controversarius*) 16396_6 (†).

---

[1]) Vide caput, quod est de sandhi §§ 64 sq.

[2]) cf. *gnatus*: *natus, gnosco*: *nosco*.

[3]) PROESVS 5784 aut scribentis aut legentis vitium pro PRORSVS.

[4]) cf. § 21.

ante *c*: *Stecorosus* 21316.
ante *n*: *Satuninus* 20569.

b) Liquida *l* periit in *Sufurarius* (= *Sulfurarius*) 5450; *duc(issimo)* 9847 = 21728 (a. 361); *Babinus* (?) 19083.

§ 41.

Litteram *d* ante semivocalem *i̯* demptam videmus in his exemplis: *aiutes* 16743 (†); *aiuba* 14118 († IV/VI s.), 22634_3 (†); *aiutricis* 12877 (a. 117/80); *Aiutor* 8637 (a. 377), 9292 = 20857, 14217 († IV/VI. s.); *aiutorium* 14436_6 (a. 326/333).

Haec litterae *d* deminutio nescio an effecta sit scriptura inversa litterae *i* pro *di*; aetate enim imperatoria posteriore ante vocalem et *i̯* et *di* aeque, ratione sibilantis *z*, pronuntiabantur (cf. *Zanuario*[1]) et *azutoribus* 18224); itaque ratione contraria, ut infra exponam, pro *i̯* interdum *di* scripta est.[2])

B. Trium consonantium contiguarum media littera excidit.

§ 42.

Atque excidit consonanti *m* praecedente labialis ante aliam consonam, cum labialis inter nasalem *m* (eadem oris parte qua *b* vel *p* procreatam) et aliam consonantem obscure sonaret.

α) Labialis *p* omissa est in formis illis notissimis: *sumtu* 20835 (a. f. 167), 10702 cf. 17616 (a. 375/378), aliis in titulis; *sumtibus* 10907 = 20429 (a. 244), 9010 (a. 328), al. i. tit.; *exunto* (= *ex sumptu*?) 2079 (†); *sumtis* 21481; *promtus* 16556; *promtissima* 9024 (a. 198/211), 9064; *Redemto* 9441, 13674 (?): — *Amsagae* 5884.

β) Labialis *b* inter *m* et *r* excidit: *Umriciu(s)* 19067; *Sept(e)mr(es)* 20600 († a. 359); *Decemres* 21543 (a. 476).

§ 43.

Nasali *n* praecedente gutturalis ante aliam consonantem eadem de causa qua labialis periit:

santo 9017, 11269, 18897; *santas* 1392 = 14902 (†); *santorum* 9285 (†); *santissimo* 9019; *santissime* 16660 (†); *santimoniale* 10689 (†); *santimonialis* 20301 (a. 349); *cunti* 3319; [*c*]*untam* 2272 (†); *defuntus* 2402.

---

1) CIL X 2466 cf. Lindsay, L. Spr. p. 56.

2) Iam in domo Vettiorum scriptum esse fertur *Iosimus* pro *Zosimus* (monum. antichi VII p. 270).

§ 44.

Periit sibilanti *x* vel *s* vel *z* praecedente dentalis ante liquidam *r* vel *l*. Quam deminutionem tribuendam esse pronuntiationi vulgari arbitror, cui dentales inter sibilantem et liquidam accurate proferre molestum fuerit.[1])

sructor 9426, 5267 cf. 17448; *Casresis* (= *Castrensis*) 5216; *Exricatus* 8229; *Esricatus* 16313; *Slacius* 15712, 16264 (cf. *stlis*, *slis*), *Slacia* 21763 (s. IV_2); — nomen barbarum *Azrubal* 4636 = 16811.

C. Venio nunc ad eas vocum formas, quibus posterior duarum consonantium coniunctarum dempta est. Cuius rei exempla alia pro mendis lapicidae haberi possunt, alia vi dissimilationis consonantium litteram, de qua agitur, amiserunt, alia hanc deminutionem ob alias causas in pronuntiatione vulgari positas passa sunt.

§ 45.
Littera *r* excidit.

α) vi dissimilationis:

frates 21766 (a. 401); *frati(s)* 9950 = 21791 (a. 589); *propium* 12457;

β) vi vulgariter pronuntiandi:

post *t* vel *d*: *Vituia* 7843; *tib(uniciae)* 10358 = 22408 (a. 198/211); *Matona* 20324; *tufatoris* (= *triumfatoris*) 22436 (a. 355/363); *pattia* (= *patria*; an hanc formam assimilatio ut ita dicam progrediens effecit?) 16396_{10} († s. VI. vel VII.); *Dachontius* (= *Dracontius*) 15291;

post *b* vel *p*:[2])

Novembes (a. 425); *Novenbes* 20410 (a. 454); *Ombilius* (= *Umbrilius*?) 3948; *povid(entia)* 4354 cf. 18540 (a. 578/582); *pocos* (= *proconsulis*) 22559 (a. 218/222); *Apiles* 21727 (a. 352);

post *c* vel *k*:

Luketsia (= *Lucretia*) 9318.

---

[1]) Exempla huiusmodi Graeca Kretschmer in libro qui inscribitur „Die griechischen Vaseninschriften ihrer Sprache nach untersucht“ p. 183/184 affert: *Ἀν(δ)ρομάχη, Εὐξίσ(τ)ρατος, Νικόσ(τ)ρατος, Ναυσίσ(τ)ρατος*; has formas, quod attinet ad nomina cum „*στρατος*“ composita Guil. Schulze in censura libri Kretschmeriani (Götting. gelehrte Anzeigen 1896 p. 248) dissimilatione esse ortas iudicat, id quod de nostris quoque exemplis valere crediderim.

[2]) *incompabilis* (= *incomparabilis*) 9742 = 21569 (in eodem titulo *incomparabilis*) sine dubio haplographia. Idem fere valet de *nobissimi* (= *nobilissimi*) 4826 (a, 209); *titum* (= *titulum*) 13134.

§ 46.

Consonans *n* omissa est:

α) in consonantibus coniunctis *rn*:

Saturinus 21638 (a. 395), 21738 (a. 530), 21808, 5800; *Saturina* 6482 = 19345, 21664; quibus in formis litteram *n* etiam vi dissimilationis perire potuisse concedo. Pro mendo lapicidae habeo formam *aeterum* (= *aeternum*) 21461.

β) in consonantibus coniunctis *mn*:

Volumius 2482 (a. 253): haec *m* ex *mn* orta nescio an pertineat potius ad assimilationem progredientem, id quod forma *Volummius* 6929 comprobari puto. — *Doma* 7160: *Dome* 2670 (a. 212 217).

§ 47.

Littera *t* omissa est:

Haec deminutio utrum mendo lapicidae an pronuntiationi sit tribuenda, diudicari non potest:[1])

α) post *s*: *Resuta* 11586;

β) post *c*: *O⟨o⟩cavianus* 3028 cf. 18161: potius pro mendo habendum est;

γ) post *n*: *Skanius* 6335; *monimenu(m)* 9521;

δ) post *x*: *Sexili* 20512: haec deminutio assibilatione litterarum *ti* explicari potest.

Additamentum: In nomine barbaro *Barigal* 16769, 16774 littera *b* post *g* periit (cf. *Barigbal* 4729, 9085, 9086 (bis)).

III. De consonantibus inter vocales omissis.

A. De liquidis inter vocales omissis.

Duo exempla supra (§ 10) prolata liquidam *l* inter duas vocales pares demptam habuerant: *fia* (= *filia*) 5414, *fis* (= *filis*) 7387. Sed etiam inter impares vocales liquidae et *l* et *r* perierunt, atque id plerumque ante *i* cum vocali insequenti. Cuius deminutionis causam esse hanc iudico: celeriter vel neglegenter pronuntianti syllabae *li* vel *ri* cum vocali insequenti similiter atque *i* cum vocali insequenti sonabant (id quod nostra aetate „Mouillierung" nuncupatur). Quam coniecturam comprobare videntur scripturae inversae exempla *Pactumeri* 4678 pro *Pactumei* et *Serrelenus* (SERVELENVS) 13044 pro *Serreienus* (cf. CIL III 6755).

Commutatum igitur est:

---

[1]) Guil. Schulze, Götting. gel. Anz. 1896 p. 249.

§ 48.

-ri-: -i-.[1])

Victoia 16359, *Victoianus* 22656_{31} (sigill.): *Va(l)eio* 22460 (a. 292/306).

Additamentum: Syllaba *ri* etiam inter vocalem et consonantem posita consonanti *r* orbata est:

maita (= *marita*) 9407 cf. 20948 (a. 217).

§ 49.

-li-: -i-.

Juius 16967; *Corneio* 17225; *Areius* 8449 (a. 209), 2564 c 26 (II_2 s.) ex *Arel(l)ius*.

Additamentum: Aeque ac *ri* syllaba *li* inter vocalem et consonantem posita liquidam perdidit in *feicter* (= *feliciter*) 22564_4. — Litterae *il* ante vocalem eandem deminutionem quam *li* inter vocalem et consonam esse passae videntur: *Siana* (= *Silana*) 5975 cf. p. 1834.

B. De aliis consonantibus inter vocales omissis.

§ 50.

Littera *g* spirans facta deleta est in his exemplis: *vinti* 16566, 8573 (iuxta *viginti*); *Austa(s)* (= *Augustas*) 9877 (a. 452); *Auste* (= *August(a)e*) 9734 (a. 485); *eo* (= *ego*) 13134 (a. 117/180).

§ 51.

Mirabili quodam modo consonantes *c* et *t* exciderunt; quarum litterarum deminutio qua de causa exstiterit non intellego:

a) Littera *c* periit in *coloait* (= *collocavit*) 3960; *innoentissimo* (= *innocentissimo*) 9936.

β) Littera *t* excidit in *Saurninus* 20639, 4556 (= *Saturninus*); *iuventuis* (= *iuventutis*) 23586 (a. 238); *Donaus* (= *Donatus*) 22653_6 (anulus); *sius* (= *situs*) 11869.

Littera *t* igitur iuxta vocalem *u*, ter ante *u* et semel post *u* deest. Quas deminutiones credo mecum ad ligaturas omissas referendas esse censebis.

---

[1]) Vocalis *i* ex *ri* facta perisse videtur in forma *casimo* = *caris(s)imo* 3618 = 4181, sed subesse probabile est errorem lapicidae.

C. De semivocalibus inter vocales omissis.

1. De semivocali *u̯* omissa.

a) De semivocali *u̯* post vel ante vocalem *u* ommissa.

Semivocalis *u̯* non modo ante vocalem *u*, sed etiam post vocalem *u* periit. Has formas *u̯* littera orbatas secundum pronuntiationem communem esse scriptam cum Solmsen[1]) planum fecit, tum, quod attinet ad formas *-us* pro *-u̯us* habentes, exemplum infra prolatum *ao* demonstrat; hanc enim formam dativam probabile est ad nominativam *aus* referendam esse. Semivocalis *u̯* excidit:

§ 52.

ante *u*:

ante vocalem acutam: *aunculus* 11553; *aunculo* 2988, 3687, 21186; *anculo* (= ex *aunculo*[2])) 3936/37; *aunculorum* 9616.[3])

post vocalem acutam: *aulae* 4120; *aus* 1977, 13071 (a. 117/180), 8637 (a. 377), 14803; dat. singul. vocis *aus* *ao* 18308; *viunt* 21081; *vius* 4661 (?), 5469,[4]) 5749 = 19146, 22653_{11} (anulus); *Flaus* 9422, 21111; *Naus* (= *Gnavus*) 13296; *Octaus* (iuxta *Octavius*) 9148; *Lascius* 5022; *Datius* 4802, 7744, 10587; *Primitius* 1910, 3158, 7313, 15547, 16445.

Additamentum: In his *u̯* omissae exemplis numeraverim etiam *serus* (= *servus*) 9117, 11922 (?), 13028 (a. 117/180), 12908 (a. 117/180), 15795; *Calus* (= *Calvus*?) 6413, 16106.

§ 53.

post *u*:

Semivocalem *u̯* post vocalem *u* tenuissime sonuisse in lingua Latina ideoque *u̯* post *u* omissam pronuntiationem cotidianam magis aequare quam *u̯* post *u* scriptam Solmsen[5]) probavit:

Cluius 15977; *Fluia* 16019; *Iuenalis* 17192; *Iuen* . . . 9368 cf. 20944; *iuabat* 21179_{7} (ante saecul. II. medium); *adiuante* 10907 = 20429 (a. 244).

Cum sonus semivocalis *u̯* post *u* minimus esset et vocalis *u* consonis quibusdam praecedentibus ante vocales in syllabis

---

[1]) Solmsen, Studien zur lateinischen Lautgeschichte pp. 37—53; pp. 158 sq.

[2]) Vide caput, quod est de dipthongis mutatis (§§ 128 sq.).

[3]) Ad haec exempla puto pertinere *Ulcius* 5654 (= *Vulcius* ex *Volcius*).

[4]) Sed vide p. 1659: „Cherbonneau in scheda Reneriana VI 14 habet a 4 *vivus*.“

[5]) Solmsen l. c. p. 158 sq.

non acutis in u̯ transiret, e terminatione *-uu̯ius* nominum propriorum quorundam *-u̯ius* orta est[1]):

Pacuius 16833, 8119; *Paquia* 20048; *Ingenuius* 5775 cf. 19117.

β) De semivocali u̯ inter *a* et *o* vel *i* omissa.

§ 54.

inter *a* et *o*:

Ante *o* productam semivocalis u̯ in universum deleta non est nisi dissimilatione quadam[2]); scilicet ubique fere praecedit altera quaedam labialis (*p, f, b*):

Faonius 2564 c 25 (s. II_2), 2569_{14}, 17660, 5433, 9858; *Faonia* 4714, 8749; *Faonianus* 8607; *Faosa* 21745 (a. 432), 3421, 18958, 7350; *Bataorum* 21668.

Vocales *a* et *o* quae u̯ semivocali deleta colliduntur, in *au* mutantur: *Fausa* (ex *Fa(v)osa*) 6938; *Brauniaco* (= *Bra(v)oniaco* ex *Braboniaco*) 4800.

§ 55.

inter *a* et *i*:

Quod de exemplis u̯ inter *a* et *o* deletae modo dixi, ad unum saltem eorum exemplorum, quae insequuntur referri potest:

Faie (= *Faviae* ex *Fabiae*) 3627[3]); *colo[c]ait* 3960; *dedicait* 5667.

Additamentum: In his u̯ inter vocales deletae exemplis non numeranda est forma *dormierunt* 21555 (a. 408)[4]).

2. De semivocali i̯ deleta.

In exemplis, quae insequuntur, semivocalis i̯ inter vocales periit, atque ea aut ante aut post vocalem acutam.

§ 56.

ante vocalem acutam:

Maorica 17174; *Licaus* (: *Liccaius* 9384 et in titulis Pannonicis) 21040.

---

1) Solmsen l. c. p. 170.

2) Solmsen l. c. p. 174; Thurneysen, Anzeig. f. indogerman. Spr. u. Altert. IX p. 36.

3) Reliqua u̯ inter vocales deletae exempla inspice quaeso in §§ 9 et 21.

4) Solmsen l. c. p. 179.

§ 57.

post vocalem acutam:

eus 3640, 11085 (a. 361/363); *cougi* (= *co(n)iugi*) 20603. Nonnullorum, quae insequuntur, nominum propriorum terminatio -*eus* utrum ex -*eius* an -*ius* an -*aeus* sit orta diiudicari non potest:

Pompeus 9153, 16626 (iuxta *Pompeio*), 2403 II 6 (a. f. 363; iuxta *Pompeius* III 34), 2564 b_4 (II_2 s.), 17903 $b_{7.9}$ (a. f. 363), 4764 = 18698 (a. 303); *Po(m)pee* 18450; *Apuleus* 4440 = 18587 $I_{5.7.9.11}$ IV_{22} (s. III.); *Caneus* (nom. gent.) 4465 = 18597; *Canneus* (cogn.) 5128; *Farsuleus* 4975; *Farsulea* 4976, 4977; *Tonneus* 8795 (a. 222/235); *Tunneus* 20199; *Sea* 5473; *Annea* 16845; *Appeus* 21018; *Crepereus* 9918.

Caput 7.

De aspiratione omissa.

I. De littera *h* ante vocales omissa[1].

§ 58.

De *h* prima vocis littera deleta.

Sonum aspiratae *h* primae vocis litterae tenuissimum fuisse permultae vocabulorum formae hac *h* privatae docent;[2] neque tamen ego omnium formarum omnia exempla afferam, sed ubi plura exstant ea tantum, quae certis annis tribui possunt:

abis (= *habes*), *abeas, abias, abituris* 9725 = 21539 (a. 339), al. i. tit.: 6^{ies}; *abitem* 2177; *aedua(m)* 8247; *edum* 4508_{10} (a. 202), al. i. tit.: ter; *eres, aeres, eredes* 3137, 3200, al. i. tit.: 16^{ies}; *eriditatus* 5357; *iemns* (= *hiems*) 12588; *ic*[3]) 12771 (s. I_2/II_1), 8638 (a. 405), al. in tit.: vicies ter; *is* 13905 († s. IV/VI.), 21511 (†); *unce* (?) 14451 (a. 180/192); *uius* 13134_9 (a. 117/180), al. i. tit.: ter; *ec* 16396_{10} (s. VI vel VII): bis; *os* 12504_{29}; *oc, occ* 4370, al. i. tit.: 6^{ies}; *oze* (= *hodie*) 8424 cf. p. 970; *omo* 6442; *ora, ora(m), orabus, oris, oras* 12794 (s. I_2/II_1), 9623 = 21483 (a. 220), 2013 (a. 484/513), al. in tit.: vicies semel; *on(oribus)* 4681_{12} (s. IV); *oneste* 5502; *onestos* 8379 = 20216_8 (†).

---

[1]) cf. Brandis, De aspiratione latina, Diss. Bonn 1881.

[2]) Th. Birt, Der Hiat bei Plautus p. 122 sq. *h* primam vocis litteram omissam a ratione scribendi Graeca repetit; quae sententia saltem arridet in eis vocibus, quae vocalem *y* pro *hy* principalem habent.

[3]) EIC 21267 hac aetate scribi non potuit pro HIC nisi errore lapicidae.

Nomina propria latina: *Amiorum* 10654; *Adrianus* 8635 (†); *Aterius* 2282, al. i. tit.: ter; *Aterianus* 3875; *Ammonius* 9439 = 21334; *Erenius* (= *Herennius*), *Aerennius, Aerenius, Erenia* 9801, 9970, al. in tit.: 8ies; *Erenianus* 2403 II 8 (a. 360/366); *Erculis, Ercula* 2295, 4147 cf. p. 1743; *Elvius, Aelvius, Elvia, Elv(i)a* 17903 d 6.7 (a. f. 363), al. i. tit.: 7ies; *Elviza* (= *Helvidia*) 3725; *Ostilius, Ostilia, Ostilianus* 16403, al. i. titul: 6ies; *Ospes* 5756, al. i. tit.: quater; *Ospita* 3429, al. i. tit.: quater; *Ospitia* 21528; *Ospitalis* 7441, al. i. tit.: quater; *Oratius* 3800; *Oratia* 5592; *Omulius* 3950; *Omulia* 3951; *Onoratus, Oneratus* (= *Honoratus*) 12286 (a. 138/161), al. i. tit.: 9ies; *Onorata, Onerata* 9887 (a. 420), 9957; *Onesta* 13060 (a. 117/180), 21496 (†); *Ortatus* 15768; *Ortius*[1]) 16417 (a. 188); *Ortensius, Ortensia, Ortesius* (= *Hortensius*) 4661, al. i. tit.: 7ies; *Ilarus, Ilara, Ilares* (gen. sing.) 5123, al. i. tit.: quater; *Ilario* 6471, 20560; *Ilarosa* 13725 († s. IV/VI.), 18569.

Nomina propria graeca: *Arpastus* 21909; *Armonia* 12691 (s. I_2/II_1); *Esuchius* (= *Hesychius*) 2134; *Ecate* 10532 = 12754 (s. I_2/II_1); *Eraclius* 10681/82 cf. 16727 (a. 613/641); *Eracliae* 21241; *Eraclida* 7396; *Ermes* 3596, 18455; *Ermetio* 19883; *Aermetio* 7289; *Elainae* 4101; *Elena* 4449 = 18585; *Estea* 3050; *Elico* 16329; *Euresis* 12657 (a. 117/138); *Esperioni* 3992; *Es[pe]rus* 5563 cf. 18871; *Ippocrates* 5250; *Ipparchus* 11150; *Ieron* 6952; *Iieru* (?) 5673; *Iaerax* 21335; *Iro* (= *Hero* ?) 14616; *Iacinthus* 3596; *Yachintus* 22645_{171} (vasc. cret.); *Ygiae* 2624, 8985, 21007 (c. a. 167). Nomina barbara: *Anibas* 9277 = 20855; *Iemsali* 8834.

§ 59.

De littera *h* in vocibus mediis omissa.

Non minus quam in verborum initio littera *h* mediis in vocibus et in pronuntiando et in scribendo periit. Littera *h* excidit

α) inter pares vocales:

cors, cortis, chortis, cohrtis, cohr(*s*?) has formas varias enumeravi in § 13.

β) in vocibus compositis:

saepius post *x*: *exibui* 7156_3; *exibuit* 14783; *exibuerunt* 16417_6 (a. 188), 21665 (a. 299); *exauriant* 17639_9 (s. III.); in nomine proprio composito: *Deuabet* 13614 († IV/VI. s.).

---

[1]) cf. Guil. Schulze, Zur Gesch. latein. Eigennamen p. 174.

II. De consonantibus aspiratis littera *h* carentibus.

Aspiratas graecas hominibus romanis quam maximas difficultates parasse satis notum est multiplici inscriptionum testimonio confirmari. Ego omissae aspirationis haec collegi exempla:

§ 60.

p = *ph*:

Ampio[1]) 14500; *ampitheatri* (nota *th* iuxta *p*!) 6995 (a. 193); *ampiteatri* 7983; *amp(oram)* 4508_{24} (a. 202); *Aprodisia* 7247; *Chorograpus* 12914 (a. 117/180); *Dapnus* 12639 (I_2/II_1 s.), 21038; *Dapne* 5981; *Elepans* 2554 b_{21} (a. 199); *Epaproditus* 12928 (a. 117/180), 2822, 16016; *Epipania* 3127; *Epapra* 21086 (aet. Jubae); *Eupmus* (= *Euphemus*) 7344; *Euprosyn(a)* 13013 (a. 117/180); *Euprasia* 12635; *Chrysoporusa* 8130; *Nimpe* (= *Nymphe*?) 12813 (I_2 II_1 s.); *Pampilus* 21759 (saec. V. extr.), 8613 cf. p. 1920; *Pantiae* 7938 = 19684; *Pasipaenis* 5677; *Piladel(phus)* 2568_{36}; *Posporus* (= *Φωσφόρος*) 15144 (II_2/III_1 s.), 2108, 2116; *Prix(us)* $22645_{464\,a}$ (vasc. cretac.); *Sipo* (? cogn.) 15478, 15769; *Semperusa* (= *Sympherusa*) 8674; *Stepanus* 13040 22645_{353} (vasc. cretac.); *Stepanicia* 16576; *Syntropus* 2158; *sy(m)poniacus* 21101; *Tiopil* . . . 3748; *Tiopilae* 3823; *Zopantus* (= *Diophantus*) 14601.

Similiter vocabulo latino non aspiratur: *Triumpalis* 15340, *Triumpale(m)* 7957.

Additamentum I: Eam rationem qua aspiratis graecis *φ* et *ϑ* inter se continuatis latinae *pth* substituebantur[2]) secutus est qui scripsit *Jeptha* 17029 (bis).

Additamentum II: In nominibus barbaris saepe alternantur *Nampamo* 2211, 3347, 5636, 6788, aliis in titulis: 15^ies^ et *Namphamo* (v. p. 28); *Nampame* 5169 cf. 17210, 8232, 15298, 19714, 20795 et *Namphame* (v. p. 28): huc pertinent etiam nomina a *Namphamo* derivata: *Nampamii* 10563; *Nampamin* . . . 20174, *Nampamina* 15217; *Nampamilla* 5972, 7510, 19801.

---

[1]) cf. Guil. Schulze, quaestiones epicae p. 306 adn. 2, ubi eos qui legunt delegat ad Quintil. instit. XII 10, 57: „prudenter enim qui cum interrogasset rusticum testem, an Amphionem nosset, negante eo, detraxit aspirationem breviavitque secundam eius nominis syllabam, et ille eum sic optime norat.“ *Amphĭo* etiam C. I. L. VI 9199.

[2]) cf. Guil. Schulze, Orthographica in indice lect. Marpurg sem. hib. 1894/95.

§ 61.

c = *ch*:

Nomina Graeca: *scolae* 2562_{12}, 2636, 10717 = 17628; *scolasticus* 9182, *scolastici* $17896_{25/26}$ (a. 361/363); *Acilles* 13436 (s. IV/VI); *Aciles* 17079; *Arciptolemi* 1661 = 15905; *Calcedonia* 13533 († IV/VI s.); *Carito* 3200, 22645_{94} (vasc. cretac.); *Caritu* 8576; *Cloe* 9441; *Cresimus* 4445 = 18607, 5246 = 17423; *Cresime* 7205; *Crestus* 9459 = 21068, 22640_{58} (amphora); $22645_{95\,a,\,b,\,c,\,e,\,i,\,f;\;40\,a}$; *Cristus*, *Cristo*, *Criste* 19913 (s. IV), 20302 (a. 324), 9715 (a. 406), 5669 (c. a. 412) = 2519, 10707 = 17615 (a. 523/529), aliis in titulis: vicies semel; *Cristianus* 10516 (a. 525/526); *Cristiana* 12260; KPIS(ti) 10874; *Crisogonus* 21511 (†); *Cryse* 22645_{97} (vasc. cretac.); *Crysidi* 3563; *Eutices* (= *Eutyches*) 3021, 3597, 6976, 8142, 9431; *Euticeti* (dat. sing.) 3327; *Eutyces* 2228, 5024; *Euticus* 7355, 7646; *Eutycetus* 18392; *Eutycia* 11551; *Euticia* 3223; *Euticianus* 2626 c 6 (a. 270/275), 16351, *Euticiola* 16047; *Eucromius* 17903 f. 8 (c. a. 363); *Laces* 12779; *Lisimacus* 2626 a 7 (a. 270/275); *Nauarcus* 8048; *Pacrusis* (:*Παγχρυσίς cf. p. 28) 5195 = 17323; *Poletice* (?) 13097 (a. 117/180); *Tice* (= *Tyche*) 3158; *Tyce* 12737 (s. I_2/II_1); *Tuceni* (dat. sing. nominis *Tuce* = *Tyche*) 4111. Nomen proprium semiticum: *Malcus* 2626 a 12 (a. 270/275, cf. 2569_{10}), 8795 (a. 222/235); Similiter vocabulis latinis non aspiratur: *pulcra* 20267_2 (a. 359/388); *pulcerr* . . . 19522 a; *Pulceria* (?) 13866 (IV/VI s.), 13867.

§ 62.

t = *th*.

Nomina Graeca: *aeter* 10828, 18792; *Aetcreus* 2554 c 13; *Aletiai* 16638; *Acolutus* 13426 († s. IV/VI); *Agatopus* 4800, 7335, 18439; *Agatopula* 7717; *Atanasus* 13469 († s. IV/VI), 13470, 13680; *ampiteatri* 7983; *Aretusa* 21796; *catolicam* 5176; *Eleutera* 5854; *Eleuternis* (?) 9493; *Hyacintus* 15598; *Tallusa* 11616; *termus* 5352 (a. 539); *Teodorus* 10641 = 16663 (†); *Teudora* 11268, 14547 (a. 534/565); *Tiopil* . . . 3748; *Tiopilae* 3823; *Trax* 21021 (a. f. 297); *Tracum* 5885 (cf. p. 964), 21030, 2251; *Traecum* 14281; *Trepte* 5254; *Treptus* 22640_{10} (luc.)$_{226}$. Addo nomina barbara: *Baliatonis* 17252; *Goticus* 21449 (a. 297); *Iugurta* 14175 († s. IV/VI); *Kartaginis* 5260 († a. 557); *Metuni* 11298; *Mytre* 8400; *Mitrae* 21523 (a. 539); *Particus* 10070 = 21996, 21997 (a. 216), 22579 (a. 198/212), 6703 (a. f. 198), al. in tit.: vicies semel; *Particae* 4607; *Partorum* 9838, 21619, 21720; *Tel(epte)* 18085 e 9; *Tevestinus* 2833; *Tevestina* 4281, 4617.

§ 63.

r = rh.

Durrac(hio) 3079; *Resus* 9815 [1]); *Pyrrus* 22637_{86}.

Caput 8.

De eis detractionis exemplis, quae ad sandhi pertinent.

Ante quam hanc de detractione partem absolvo, exempla quaedam hic illic commemorata uno sub conspectu ponere mihi liceat; horum enim deminutio ea sonorum affectione, quae in vocabulis conectendis fit, effecta est. In formis igitur ad hanc rationem, quae dicitur sandhi referendis numerare necesse est [2]):

§ 64.

ea exempla, quae consonam finalem ante vocem ab eadem consona incipientem omissam habent:

α) *s* finalis periit ante *s*: *Marciu, Pinniu, prefectu, porticu, manibu, frat(r)i, nobi, here* (?), *lare suo* (iuxta *domus suae, pro[r]sus sicut*), *kalenda.*

β) *n* finalis periit ante *n*: *i nomine.*

§ 65.

ea exempla, quorum consona finalis litterae consonanti primae verbi insequentis assimilata periit:

α) *b* finalis periit ante mutam: *sucur(a)* (cf. *succura* C. I. L. VI 9502) *su die.*

β) *s* finalis in vocabulis coniungendis ante *m* periit: *tramare* (= *tra(n)s mare*), *pomeridianis* (= *pos(t)meridianis*).

§ 66.

exempla synaloephae: *haber* (= *habere*) *ex auctoritate, Plocamian* (= *-ano*) *ordo, Cesar* (= *-are*) *et, carissim* (= *-im(a)e*) *et, cum tribunal* (= *-ali*) *et, pulver* (= *-erem* ?) *habet*;

sitast, sepultast, ingeniost; *sit est* (= *situ(s) est*), *sit est* (= *sita est*), sed ultima duo exempla compendia esse crediderim.

---

[1]) Adnotationem ab editore ad titulum 21698 factam: „fortasse non diversa n. 9815“ ad alium titulum ac n. 9815 pertinere arbitror.

[2]) Numeros titulorum vide p. 20 (ad *s* finalem), p. 25 (ad *n* finalem), p. 25 (ad *b* finalem), p. 29 (ad *s* ante *m* deletam), p. 16 (ad apocopen), p. 17 (ad procopen), p. 13 (ad synaloepham).

§ 67.

exempla apocopae: *α*) Vocalis finalis periit *ĕ*: *curant Kalendione*; *in expedition Iudaica*; *in pac vixit*; *se vivent fecit*; *patre duoviro questor cui*; *celebra(n)t v(iro)*; *ben merenti.*

Nil nisi vitia lapicidae esse puto talia: *Valeri Donata*; *Valeri Matrona* (pro *Valeria*); *Aurelian filio*; *Iovin filius*; *coniug piae* (pro *Aureliani, Iovini, coniugi*).

β) Syllaba finalis periit: *in pa* (= *pace*) *quescit*; *vicx* (= *vicxit*) *annis* compendium videtur).

§ 68.

exempla procopae: *Sclepiae* (= *Asclepiae*).

Pars II.

Adiectio.

Caput 9.

De amplificatione verborum, quae vocalibus, semivocalibus, *h* adiectis efficitur.

I. De prothesi.

A. De prothesi quae est ante consonantes.

§ 69.

ante *s*:[1]) Si vocabula, quae a *s* impura (*sp, st, sc*) vel sola *s* incipiunt, vulgari ratione pronuntiabantur, ante *s* vocalis *i* quaedam sonabat. Cuius prothesis exempla nonnulla aetatis imperatoriae posterioris tituli praebent velut

α) *sp-* 〉 *isp-*

Ispes 8148, 19876; *Ispeni* (dativ. sing. nomininis *Spes*) 3230; *Ispenicae* 5245; *Ispesina* 11625, 16996 (: *Spesina* 2152, 4442, 4687, 5804); *Isperatus* 1949, 5445; *Isperata* 1730 cf. 15841; *Ispica* 13954 († IV/VI s.); *Ispicatus* 11059; *Ispiculus* 2000; *ispeculator* 2833; *isves* (= *spes*) 253 = 11416; *isponsus* 9940 = 21788 (a. 522); *isposa* (= *sponsa*) 16733; *ispose* 3485; *ispirito* 8191 (†);

β) *st-* 〉 *ist-*

Istaberia 20625; *Istablicius* 8640 (†); *Istatere* 3780; *Istatia* 6260; *Istatianus* 7463; *Istatu[enius?]* 20063; *Istercula* 4119; *Isteius*

---

[1]) cf. Seelmann, Die Aussprache des Latein p. 316 sq.; Lindsay, Lat. Sprache p. 116, 120.

9863 = 21741; *Istefanus* 2403 III 40 (s. IV_2), 9950 = 21791 (a. 589), 11904 (†), 13955 († s. IV/VI), 20921 (†); *Ist(e)fanus* 12035 (a. 582/600); *Istefanie* 20922 (†); *istipendiis* 9338; *istipendiorum* 21516, 21568; *istupen(dis)* 3271 cf. 18174; *istr(ator)* 2957; *i⟨n⟩studiisque*[1]) 5370; *Instru(c)tor* (?) 12415.

Additamentum: In his exemplis numeraverim: *inistante* (= *instante*) 4498 cf. 18639;

γ) *sc-* 〉 *isc-*

Iscantius 2568_{87};

δ) *s-* 〉 *is-*

Iselici (gen. sing.) 5084; *Isot[er]* 10735 = 18793.

§ 70.

ante alias consonantes[2]):

ma- 〉 *ama-*: Formas *Amacrona* (= *Matrona* ?) 21585 et *Amartialis* (= *Martialis* 17011), nisi falso sunt scriptae, vocalem ut ita dicam protheticam accepisse arbitror.

B. De prothesi litterae *h*[4]).

Ea prothesis, de qua hac paragrapho (§ 70 a) agitur, pertinet ad litteram *h* spuriam ante verba, quae a vocali incipiunt, adiectam. Quae littera cur adiecta sit, variae causae excogitari possunt.[3]) Aut subest vitium pronuntiationis, quo spiritus fortis pro leni ponebatur aut originatio falsa aut denique scriptura inversa, cum homines, qui *h* genuinam in pronuntiando omitterent, eam in scribendo etiam ubi non opus erat, adderent:

hannis (= *annis*) 16539 (bis); *heius* 14281; *hexitus* 11483 = 288; *hobes* (= *oboediens* ?) 13134 (a. 117/180); *hordinatus* 9967 cf. p. 976 (a. 384); *Haius* 9366; *Harnensis* 5281; *Homidius* 3693; *Hobolus* 2510 cf. 18006 (cf. *Oblo* 2475 = 17964); *Hextricata* 6243; *Helpis*[5]) 7820, 13055 (a. 117/180), 17195, 19573, 21209.

---

[1]) Si metrum iambicum sequimur, *instudiisque misit* pro *studiisque misit* scriptum esse iudicabimus neque de praepositione *in* (*studiis*) cogitabimus (cf. Bücheler C. L. E. 112).

[2]) In duobus incertioris lectionis titulis 6191 et 6200 exstat *Ilolius*, quae forma num prothesin ante *l* praebeat perdubium est (cf. Lindsay, Lat. Spr. p. 116/117).

[3]) De hac re Th. Birt in libro supra dicto uberrime disseruit pp. 150 sq., 199 sq., 246 sq.

[4]) Brandis, De aspiratione latina, Diss. Bonn. 1881.

[5]) cf. Th. Birt, Der Hiat bei Plautus p. 276: „Wundern wir uns, wie häufig auf römischen Inschriften das cognomen *Elpis* als *Helpis* erscheint, dazu dann *Helpidius*, so gibt das Griechische die Erklärung. Die Attiker

Additamentum: 16565 *harenae* genuinam formam habet, nam Sabinos notum est dixisse *fasena*; cf. Varro fr. 58 Wilmanns, Vel. Longus (gram. lat. Keil VII 69,8).

II. De epenthesi.

A. De epenthesi sive anaptyxi quae est inter consonantes.

Amplificationem quadamtenus similem atque voces a *sp*, *st*, *sc*, *s* incipientes eae voces passae sunt, in quibus duae consonae contiguae, plerumque muta et liquida, exstant. Ex sono enim alterius consonantis prodiit vocalis secundaria, qua commodior fit pronuntiatio. Vocalis interposita est

§ 71.

inter consonantem et *r* vel ordine inverso[1]):

α) Prima vocis syllaba vocali interposita efficitur: *Cereperia* 6744; *Ceresces* 6220, 16940; *Cheromenae* 19645; *Ciripsae* (= *Crispae*) 21274; *Geracili* 6237; *Porocelius* (= *Procelius*?) 4000; *Pirimo* (= *Primo*) 7942; *Tereboniano* 22424 (a. 251/253); *steratae* 4363;

β) Media vocis syllaba vocali interposita efficitur: *saceroru(m)* 7111; *Extericate* 19928; *Materona* 6260; *Qu[a]derat[i]* 6255; *patiri* 2086; *Caricilia* (= *Gargilia*?) 10837 = 17351; *Deciria* (= *Decria*) 6211; *Maritialis* 8728; *Geramanila* (= *Germanilla*) 7937.

γ) Extrema vocis syllaba vocali interposita efficitur: *offeret* (= *offert*) 2389 cf. 17822 (a. 641/647).

§ 72.

inter consonantem et *l* vel ordine inverso:

α) Prima vocis syllaba vocali interposita efficitur: *Celodia* 3520.

β) Media vocis syllaba vocali interposita efficitur: *Calavius* 12299 (= *Calvius*); *Procilianus* 2403 III 33 (a. 360/366); *dullicisi* ... (= *dulcis(s)im[o]*?) 8585 v. p. 1920; *discipulinae*[2]) 10570 IV 5 (a. 180/183), 14451 (a. 180/192); *figulinis*[2]) 22632_{20} (a. 161/169)$_{.32}$; *tempulum* 11217 (a. 292/305), 21665 (a. 299); *sepelutta* (= **sepulut(t)a* ex *sepulta*?) 15639.

---

sagten ἐλπίς (s. o. § 146), noch die Vulgärsprache sagte ἐφήλπισεν; das *h* ist also als wirklich gesprochen durch das Zeugnis zweier Sprachen gesichert."

[1]) E. Ludwig, De Petronii sermone plebeio, Lips. 1870 p. 13.

[2]) Nisi mentibus loquentium obversabantur formae *discipulus*, *figulus*.

§ 73.

inter consonam explosivam (mutam) et nasalem vel ordine inverso:

Media vocis syllaba efficitur in *Daphinidis* 10849 cf. 18889; *privigeno* 2813; *privigenus* 4627; *priviginae* 21022; *Quinita* 7213, 16118.

Additamentum: in nomine barbaro *Namephamo* 9146; *Namefamo* 9111 (a. 246).[1])

§ 74.

inter mutas:

Lugu[dunensis] 1258 = 10578 = 14469; *Ocetavi* 6239.

B. De semivocalibus adiectis sive pinguescentibus.

§ 75.

De semivocali *i̯* adiecta:

α) Post consonantem vocalis *i* vocali sequente vulgari modo pronuntiata est *-ij-*.[2]) Cuius modi exempla sunt haec:

Aemiliius 8999 = 20720 (a. 225); *Corneliia* 5957; *Fabiius* 2285; *Foliius* 3651; *Canniia* 11257, 15399; *triiumfatori* 10190 = 22325 (a. 355/363); *Valeriio* 22513 (a. 285/305).

Simili modo post acutam *i* semivocalis *i̯* exstat in *piio* 22421 (a. 198/217); *ipsiius* 8640 (†).[3])

β) Post vocalem e consonante *j* interdum *i* vocalem procreari notum est, etsi de explicatione huius rei discordant docti.[4]) En exempla:

eiius 9065 (a. 227, bis), 9016 (a. 235), 20875 (s. III.), 10489 = 11024 (a. 364/375), 21634 (a. 372) et in his aetatis incertae titulis 3056, 3192, 9084, 9151, 21022; *cuiiusque* 9725 = 21531 (a. 339); *coiiux* 8677; *Caiius* 21643 (a. 391); [*Maiia* 6386, 11556; *Maiias* 21279 (a. 318, iuxta *eius*), 9847 = 21728 (a. 361), 21531; *Maiior* 17025; *Maiiorica* 13770 (s. IV/VI), 21644 (a. 366); *Ponpeiianio* 5833; *Seiius* 5370 cf. 17497, 5371; *Seiia* 5372; *Seiias* 9156 (iuxta SEÍVS, ergo I longa est pro *ii*); *Traiiani* 21988 (a. 214); *Vereiius* 12840.

Huiusmodi igitur exempla, quorum quidem aetas statui possit, inde a saeculo tertio exstant.

---

[1]) Exempla formae principalis *Namphamo* supra protuli (p. 28).

[2]) cf. Seelmann, Aussprache d. Lat. p. 237.

[3]) Nescio an numerari possit in his exemplis *Marteialis* (= *Martialis*) 6239.

[4]) Lindsay II. §§ 48. 55; Seelmann, Aussprache p. 235/236; Sommer, Handb. p. 171.

§ 76.

Duae illae *uu*, quibus grammatici et scriptores, ut falsam pronuntiationem (velut *iu̯enis* pro *i̯uenis*) evitarent[1], fere utebantur, interdum pro *u* vere vocali, quae est inter consonantem et alteram vocalem, aetate imperatoria scriptae sunt[2]; illam igitur alteram *u* interpositam epenthesin ut ita dicam orthographicam posse nuncupari arbitror:

fruuita 5798 (iuxta *fruatur*); *Januuaria* 21806 (a. 389, iuxta *Januarius*); *istituuit* 9975 (a. 392); *istituuisse* 9976; *istituuerunt* 9984 (a. 429); *posuuit* 18374; *patruvo* (?) 11154 (iuxta *statu(i)t*). Ablativus *pronavo* 10569 = 14394 (a. 197) spectat ad formam nominativam *pronauus* (= *pronaus*).[3])

Annotatio: In forma *Cliaudio* 22205 (a. 317/340) non epenthesin esse iudico, sed quasi praenuntium formarum Italicarum velut *chiave*.

Scriptura *Hierenius* 19762, *Hierenniae* 9355 (a. 227) analogia nominum propriorum Graecorum, quae ab *ἱερ*- incipiunt, esse orta videtur.

De formis *Priobata* (= *Privata*?) 14662 et *Quiontus* 21717 dubito an rationibus sonorum quibusdam amplificatae non sint, sed errore lapicidae.

III. De consonis aspiratis.

Brandis[4]) consonantem *p* in *ph* mutatam nonnunquam „e nimio quodam aspirandi studio et magna illa in *φ* reddenda fluctuatione evasisse“ arbitratur; quae sententia etiam ad aspiratas *ch* et *th* ex *c* et *t* factas convenire videtur; nonnulla autem vocabula aspirationem abundantem, quod Brandis[5]) in vocabulis quibusdam *ph* pro *p* continentibus planum fecit, analogia earum ivocum, quae quidem similiter sonant, sed quibus consonans asprata inest, passa sunt.

§ 77.

p : *ph*:

Elphideforus 10627 = 16532; *Elphina* 4791 = 18710; *Olumphia* 21284; *Olymphion* 21285.

---

[1]) Solmsen l. c. p. 164.
[2]) Solmsen l. c. p. 173.
[3]) cf. Solmsen, Stud. z. latein. Lautgesch. p. 24.
[4]) De aspiratione Latina, quaestones selectae, (diss. Bonn. 1881) p. 9.
[5]) l. c. p. 7 sq.

§ 78.

t : *th*:

aceth . . . 22640_{46}; *Arthemis* 14320; *Casthe* 10689 (†); *Ethruscilla*[1]) 15643; *Fethiva* 5446; *Isthefanus* 2403 III 40 (a. 360/366); *Legatheius* 3493; *Sthabilius* 17565; *Tharsicius* 13328; *Thelesphoris* 7526; *thus* (4675 =) 16878; *thuris* 21815.

§ 79.

c : *ch*:

α) Voces Latinae:

Chellenses 16352; *exerchitator* 12622 (I_2 II_1 s.); *Flacchilla* 16374, 16792; *Flacchus* 16964; *Marchellus* 4843 = 16995, 17016, 16932; *Marchella* 4964; *Marchianus* 4713, 288 = 11483; *Orchivius* 4604, 7694_{18}, 8253; *Orchivia* 7625, 8963; *Orchiv(i)a* 8263; *sepulchrum* 5846, 4071_4 = 20197, 20758_7 5985 cf. 20958.

β) voces Graecae:

Alche 12987 (a. 117/180); *Charystias* (*columnas*) 10557 = 14301 (a. 138/161); *Dorchas* 15306; *Niche* 22644_{237}) (luc.).

Additamentum: Nomina barbara: *Barichio* 5132; *Barichis* 16995, 17018; *Chirtae* 16367; *Chirt[e](n)sis* 16941; *Imilcho* 5206 (sine aspiratione e. g. *Baricio* 2564 I_{26} II_{96}, 3248, 3434, 3707, 4080 81, 8770; *Imilco* 1249, 1562).

VI. De vocalibus geminatis.

Ratione inconstanti quadam vocales geminatae sunt et in syllaba acuta et in syllaba accentu carente (videntur plerumque subesse errores lapicidae).

A. in syllaba acuta.

§ 80.

i: *viixit* 13240, 14730, 16126, 9910; *viix(it)* 13240; *ciivis* 22644_2 (luc.).

§ 81.

e: *deeo* 9181 cf. 20820; *meeritis* 9459 = 21068; *fideeli* (FIDE|ELI) 5926.

§ 82.

a: *Ma|aximae* 3792.

---

[1]) Non fortuito, nam Etruscorum aspiratio propria (cf. Guil. Schulze, Röm. Eigennamen p. 268).

B. in syllaba non acuta:

§ 82a.

i: *vixiit* 3651, *21241; [*v*]*icsiit* 9344 cf. p. 1983; *feciit* 9910; *vindiciis* 20996 (a. 227); *orbiis* 22361 (a. 270/275); *invictiis* 22276 (a. 285/305); *diiscessit* 9752 b (a. 450, iuxta *discessit*).

§ 83.

e: *Ptoleemaei* 9351.

§ 84.

u: *fratruum* (g. pl.) 4202 (a. 213), 9585 (†) quam formam genetivis III. et IV. declinationis pluralibus confusis esse ortam Sommer suspicatur terminationem -um in genetivo IV. declinationis pluralis interdum adhibitam respiciens.[1])

Caput 10.

De amplificatione verborum, quae consonantibus adiectis efficitur.

I. De nasalibus ante consonantes insertis.

§ 85.

De *n* adiecta.

Vocali longa praecedente nasalem *n* ante *s* saepissime in eis exemplis, in quibus nasalis inde ab origine adfuerat, excidisse supra pp. 26/27 vidimus; inversae igitur scripturae exempla sunt ea, in quibus nasalis inter vocalem longam et litteram *s* inserta est, velut *Caensariensis* 21116; *conversans* 12504; *Gigans* 11465; *herens* 20753 (s. II.); *legens* 13134_3 (a. 117/180); *menseleum* 20734 (a. 231; cf. *meseleum* 9613, 21532 et *maesolaeum* 2841, 4319, 20686); *instudiisque* 5370 (= *istudiisque?* v. p. 42 adn. 1). Nasalis *n* non adiecta, sed antiquitus servata est in *vicensumari* 7099 (ante a. p. Chr. 6?); formae *coniunx* 12755 (I_2/II_1 s.), 22089 (a. 245), al. in tit. (duodecies) nasalis *n* analogia verbi *iungere* esse adiecta videtur.[2])

Scripturam (*h*)*iemns* 12588 testem nasalis a grammaticis *σάμβυξ* nuncupatae,[3]) quae ante consonantem ratione litterae cuiusdam inter *m* et *n* mediae sonuerit, esse putandam censeo.

---

[1]) Sommer, Handb. d. lat. Laut- u. Formenlehre p. 435/36.
[2]) Skutsch, Forschungen z. lat. Gramm. u. Metr. I p. 21.
[3]) cf. Lindsay, Lat. Spr. II § 64.

Nasalis *n* formae *Syng(am)b(rorum)* 9045 (a. 255) potest inserta esse vi originationis vulgaris, qua hòc nomen ad praepositionem Graecam *σύν* nescio quo modo relatum est.

Additamentum: Formas *Rogantina* 2037 et *Villantica* 5104 in hoc de *n* inserta capite vix esse numeranda arbitror.

§ 86.

De *m* adiecta.

Duo huius litterae insertae exempla exstant: in priore *flemtibus* (= *fletibus*) 5906 adiectio nasalis *n* aut similitudine dativi plur. partic. praes. verbi *flere* i. e. *flentibus*[1]) aut vocali *e* longa vocis *fletibus* (ita ut insertio nasalis *n* modo explicata) effecta est. Alterum *m* insertae exemplum est *Lambdienses* 22567 (a. 198), cf. *Λαβδία* Ptolem. IV 2, 27, *Labdensis* in actis collect. Carthaginiens. c. 198 (Mansi syll. concil. 4, 147), *Lapidiensis* in notitia episcop. Maur. Caes. n. 61, hodie *Lemdîa* (adnotat. editoris): nasalis *m* huic voci inter vocalem et labialem videtur inserta esse ita, ut nomini litterae *lambda*, aliis huius modi vocabulis, de quibus Guil. Schulze disseruit in commentatione, quae inscribitur *Samstag.*[2])

Additamentum: In fine huius partis addo exemplum *s* insertae: in v. 17 tituli fracti 8457 (a. 288), qui ad templum restitutum pertinet, verba exstant: *capistellis et strobilis* . . . *exornatum* . . .; *capistellis* ob vocem insequentem *strobilis* pro *capitellis* videtur esse scriptum. Exstat praeterea vocabulum *capistellum*, cuius vis est *Maultierzaun.* Igitur fortasse etiam huius vocis et vocabuli capitellum confusione formam modo commemoratam ortam esse crediderim.

II. De consonantibus geminatis.

A) De consonantibus inter vocales geminatis.

Exemplorum consonantis geminae pro simplici scriptae plurima spectant ad consonantem, quae inter vocales est; haec consonans et vocali longa et brevi praecedente geminata est.

§ 87.

Consona *l*:

α) post vocalem longam:

Aurellius 8409 (a. 161/169), 10093 = 22126 (a. 216), al. in titul.: terdecies; *Aurellia* 17106, 19097, 5382 (II_2 s.); *Cornellius* 16775; *fillia* 15813; *Fellicia* 5401; *Jullius* 18419; *Jullitta* 19190; *Lucillius* 15614; *Lucillianus* 4813; *mill(iaria)* 10393 = 22446 (a. 198/217), 22619 (a. 235/238); *Carvillius* 3511; *Quintillius* 19105.

---

[1]) De litteris *mt* pro *nt* scriptis infra verba facere placet.

[2]) Kuhns Zeitschrift vol. 33 p. 366.

β) post vocalem brevem:

Angellicu(*s*) 3384; *Caecillia* 7250; *collon* . . . 22645_{108} (vasc. cret.); *Mustiollus* 6620; *Mamillia* 14616; *Popillia* 11920; *Cartellius* (?, iuxta *Cartiliae*) 21022; *Proculleius* 9754 (a. 196); *Primullus* (?) 3440; *Quintillianus* 19105; *Vallcrius* 6831; *Vollussiano* 10249 (a. 252/253); *obtullit* 10498; *sepellita* 4373.

§ 88.

Consona *s*:

α) post vocalem longam:

Cessia (= *Caesia?*) 17073 (bis); *Passinicus* 10650; *paradissu* 13603 († IV/VI s.); *occissus* 14603 (a. 33/38); *Matissia* (= *Matisia* ex *Matidia?*)) 21755 (a. 420); *Hossidius* (?) 9000.

Additamentum: Rationem scribendi antiquam secutus est qui scripsit *numerossius* 5374; post *e* longam *s* littera geminata est nasali *n* dempta in *messes* 18302, 21145, quae forma facta est ex *mē*(*n*)*ses*.

β) post vocalem brevem:

Anastassie 17382; *Bassilicus* 5467; *bassil*(*ica*) 11999 (a. 210/211), 12006 (a. 212); *depossionis* (= *deposisionis* ex *depositionis*) 20301 (a. 349); *Numissia* 4539; *Sossius*[1]) 6614, 6616, 6619, 6620, 6622; *Sossia*[1]) 6625, 6627, 6628, 7796, 9517; *Sossianus* 21162.

γ) Vocalem *i* sibilans geminata absorbuit in[2])

Domissus (= **Domisius* ex *Domitius*) 21743; *Canissus* (= *Canisius* ex *Canidius*) 19101; *Euassus* 20766, 21734 (a. 310); *Euasse* 9804 (a. 418); *Nemessus* 5128; *Nemessani* 21570 (a. 420); *Sossanus* 9751 (a. 442); *Quintassus* 20812 a. In *Hortessus* (= *Hortensius*) 21706 ante *s* geminatam nasalis *n* et post eam vocalis *i* periit.

§ 89.

Dentales:

α) dentalis *t*: post vocalem longam: *Ottacilius* 2568_4, 3952; *Ottacilia* 2417.

post vocalem brevem: *Attilia* 4694; *Cattula* 11463, 20167; *citto* 11594 (cf. Bücheler, CLE 1328); *sepelutta* (= *sepulta*) 15639 (†); *Tittia* 4408; *Tittus* (?) 19284; *vetteranus* 14281;

β) dentalis *d*:

redditio (pro *reditio*) 11111, 14069 († IV/VI s.); *Redducta* 3663, 3690, 3691, 11598, quae exempla analogia verborum *reddere*, *redditio* geminationem litterae *d* passa videntur esse.

---

[1]) „*Sŏsius*" cf. Guil. Schulze, Eigennamen p. 425 (Hor. ep. I 20,2; AP. 345).

[2]) cf. p. 11.

§ 90.

Consona *c*:

α) In nonnullis horum exemplorum vocalis longa ante consonantem geminatam videtur esse correpta[1]): *muccosus* 21083; *Lucci* 10478_{21} cf. 22640_{190} (luc.); *Lucciosa* 21554 (s. V.?); *Daccicus* 22020 (a. 237); *Feliccia* 4571.

β) post vocalem brevem: *Maccarus* 22645_{216} (vasc. cretac.); in *Deccius* 10051 (a. 250) semivocalis *i̯* nescio an valuerit ad geminandam consonam *c* ut in lingua Osca factum est (cf. Planta, Grammat. der oskisch-umbrischen Dialekte I § 243).

Additamentum: Titulus 17938 exemplum *c* finalis geminatae praebet *occ est* iuxta *oc anas.* Priorem formam esse primigeniam demonstravit Skutsch, Forschungen z. lat. Grammat. I 66, Bezz. Beitr. 21, 85 sq. Ad servandam consonam duplicem natura inscriptionis aliquid contulisse videtur. Scilicet ut in tabula lusoria senae litterae esse debebant. Eadem de causa in eodem titulo non *occ anas* sed e contrario *oc anas* scriptum est.

§ 91.

consona *x*: *Maxxima* 17701; *vixxit* 4687 (bis), 5843, 7469, 17276, 21793; VIX|XIT 3575, 11565; *bixxit* (*v* = *b*) 17445 (†).

§ 92.

consona *r*: post vocalem longam: *herr*(*edes*)[2]) 4366; *Virrullius* (?) 4411; post vocalem brevem: *Gerrenia* 16034; *Cerrenia* (*C* = *G*) 9333, 20970; *myrrepsi* 21097; *Turrius* 14671.

Annotatio: De *terr*(*uncio*) 17408 (s. II, 1) idem fere valere, quod de pronomine *occ* modo diximus, notum est (cf. Mommsen, Herm. 22, 485 et Bücheler, Rhein. Mus. 46, 237).

§ 93.

labiales. *α*) labialis *b*: nomen barbarum *Tihgibba* 11914_{12} = 696 (s. IV. vel V.).

β) labialis *p*: post vocalem longam: *Pupp*[*i*]*enus* 22586 (a. f. 238); post vocalem brevem: *Appon*(*ius*) 20838; *Apponia* 10918 = 20452; *Abbonius* (*b* = *p*) 15273; *Apponino* 7961; *toppia* 22644_{15} (luc.).

§ 94.

nasalis *n*: post vocalem longam: *Aritannus* 21569 a.

post vocalem brevem: *Canninia* (iuxta *Caninius*) 3509; *Ingennus* (= *Ingenuus*) 2403 II, 39 (a. 360/366).

---

1) Lindsay, Lat. Sprache p. 132 II § 130.

2) In titulo est: . . . *herr fecerunt et dedicaverunt*, ergo *herr* etiam compendium vocis pluralis *heredes* existimari potest.

B. De altera duarum consonantium contiguarum geminata.
Geminata est

§ 95.

muta ante *r*:

Aggrippina 3757; *Coppronia* 5589; *Eggrilius* 16781; *Exttricatula* 7660; *lattrones* 2728_{12} (a. 152); *Mattrona* 7251; *suppremo* 696 = 11914_{10} (s. IV. vel V.).

Ante mutam

§ 96.

littera *s*:

Consstantio 22451 (a. 323/361); *Consstantino* 10410 (a. 306/337); *Fausstinus* 5034; *Fausstinianus* 12013; *insstantia* 12257.

§ 97.

nasalis *n*: *Anntonia* 19714.

§ 98.

post *s* littera *p*: *Hosppita* 7492.

Additamentum: In consonantis geminatae exemplis etiam *Acquilia* 7207 numerari potest. — Scripturam *nuncquam* 12881 (a. 117/180) potius ad vim originationis vulgaris esse referendam censeo.

Ut totam rem, cuius exempla attuli, et complectar et explicem, addo in consonantibus inter vocales geminandis homines Africanos inconstanti quadam ratione usos esse. Consonas enim et post longam et post brevem vocalem geminatas videmus, licet nonnullorum exemplorum consonans gemina originatione falsa orta sit. — Mutam ante *r* esse geminatam et litteram *qu* in *cqu* amplificatam vi pronuntiationis vulgaris lingua Italica hodierna talibus vocibus qualibus *fabbro, acqua* comprobat. In his similiter atque in exemplis litterae *s* ante mutam geminatae ad priorem syllabam consonans attracta esse videtur.[1]) Simili ratione atque *s* geminatam duas *p* vocis *Hosppita* effectas esse puto. Denique scriptura *Anntonia* pro mendo lapicidae habenda est.

III. De formis antiquis.

In fine pono eas voces, in quibus amplior quaedam coniunctio consonantium antiquitus servata est, velut habemus pro *l* principali litteras *stl* in *stlitibus* (*iudicandis*) 2582, 7036 (a. 117/138), 17891 (ead. aet.), 7059 (a. 138), 14291 (a. f. 167), 11810 (a. 235/238), 11811, 14288; nomina propria: *Stloga* 18067 (a. 141), 14571—14577 (a. 141) *Stlacius* 11974, 17373; *Stlaccius* 11975; *Stlaccia* 11976.

[1]) cf. Lindsay, Lat. Spr. II § 130.

Additamentum: Falso scripta videtur esse forma *tritumfatoris* (= *triumfatoris*) 22305 (a. f. 350); sed mirum est quod huic exemplo *t* inter easdem vocales adiecta est, atque exempla supra (§ 51) allata litteram *t* perdiderunt.

Pars III.

Permutatio.

Caput 11.

De assibilatione.

Assibilationis quae vocatur tres gradus fuisse Seelmann[1]) testibus grammaticis antiquis usus planum fecit.

§ 99.

Atque primum quidem vocalis *i* „perdit sonum suum", ut Pompei grammatici verbis utar (V, 104. 6 K.), „et accipit sibilum" ita, ut ex syllabis duabus h. e. *ti* vel *di* ante vocalem (vocali *i* in spirantem mutata) fiat una syllaba h. e. *ti̯* vel *di̯* ante vocalem, velut ex *etiam eti̯am*. Quem assibilationis modum in talibus syllabis tantum pronuntiandis, non scribendis valuisse perspicuum est.

§ 100.

Secundum gradum describit Papirianus grammaticus saeculi quinti (apud Cassiodorium VII, 216, 8 K.) de pronuntiatione syllabae *ti* dicens: „*iustitia* cum scribitur, sic sonat quasi constet ex tribus litteris *t, z, i*." Cuius modi exempla in volumine VIII inveniuntur haec:

Pretzios . . . 13854 (s. IV VI); *Luketsia* (= *Lucretia*?) 9318. A Pompei regula (V, 286. 7 K.), qui syllaba *sti* assibilationem pati negat, videtur discrepare forma *Sallutsi* 7699 cf. 19475, nisi id mentum lapicidae.

§ 101.

Ante vocalem *di*, *ti* 〉 *zi* sive *si*.

Tertius modus ab altero eo tantum differt, quod littera *d* vel *t* consonae sibilanti *z* vel *s* cessit:

α) *zi*: *Genazio* (abl. sing.) 12035 (a. 580 600); *Gauziosus* 16396 (VI. vel VII. s.); *zies* 11099 (†); *ziatonibus* (pro *diatonicis*) 14879 = 1342; *Ziora* (= *Diora*?) 2967; *Ziomedis* 10839 = 17422; *Zyonysius* 5036.

β) *si*: *depossionis*[2]) (ex *depositionis*) 20301 (a. 349); *d(e)posio*[2])

---

[1]) Die Aussprache des Latein. p. 321 sq.

[2]) cf. § 22 *α*.

20316: *Euasius* 2204, 12041 (: *Euatius* 2565 cf. 18053, *Euatia* 4044); *Euasia* 16939, 17043, 21476: *Florensia* 21740 (a. 423?); *Latisi* (= *Lartidi*, iuxta *Latidia*) 21113; *Matissia* (= *Matidia* cf. 1680) 21755 (a. 420); *instansia* 21696; *tersiu(m)* 21642 (a. 460). De *Sallusia* 16177 (= *Sallustia*) cf. § 100.

§ 102.

Duobus aliis assibilationis modis, quorum prior (a) ex altero modo (§ 100), posterior (b) ex tertio (§ 101) ortus est, vocalis *i* post consonam sibilantem deleta communis est:

a) *ti, di* 〉 *tz, dz* sive *ts, ds*. *Adzabenici* 22611 (a. 200/210); [*A*]*dsabenicu*[*s*] 20847 (a. f. 198); *Vincentza* 16208.

b) Ex *di* vel *ti* sibilans exstitit. Mirum est quod omnia exempla uno excepto *Canissus* (ex *Canidius*) 19101 syllabam *di*, in *z*, *ti* in *s* commutatam habent.

α) *di* 〉 *z*: *Elviza* (= *Helvidia*) 3725; *Guduzo* 4859; *Zaplutius* 7219; *Zonisius* 7933; *Zopantus* (= *Diophantus*) 14601; *azutoribus* 18224; *Azabenicus* 20262 (a. 161/180), 10337 (a. 198), 10338 (a. 198), 10340 cf. 22401 (a. 215), 10362 (a. 198; titulus 10353 eiusdem anni praebet *Adiab(enico)*). 22566 (a. 193/211), 22579 (a. 198/211); *Azabensi* (= *-nici*) 22567 (a. 198); *oze* (= *hodie*) 8424 cf. p. 970; *z(ebus)* 20786 (bis); *Zodorus* 9139, 9742 = 21569; *Galazus* 17221; *Rozonius* 8819 = 20621, 9693 (a. 357); *Rozonia* 8819 = 20621; *Kalenzonis* 9114; *zet(am* = *diaetam* 9433, 9910 cf. p. 975; *Cotuzanis* (= *Godudian* . . .?) 5218 cf. 17393; *sunzaconus* (= *subdiaconus*) 21588 (a. 457); *Zabulius* 3373, 3504, 7636; *Zabulus* 17022; *Zabullus* (?) 9947, 12549 (a. 200), 14913 (II_2/III_1 s.), 15352, 15377, 15546 = 1530, 16996, 21788, 21792; *Zabullina* 4536; *Zabullica* 14531; *Zabulla* 4179, 17201, 14673; *Zabullia* 17379; *Zabulia* 14664. De *Zabullus Zabulla* aliisque satis mihi non constat, utrum praepositio διά in iis insit necne.

β) *ti* 〉 *s*: *Crescensa* 21540 (†); *Fidensus* 21638 (a. 395); *Innocensa* 21751; *Marsas* (acc. pl. nomin. menstr.) 21748 (a. 351), 9751 (a. 442), 21595 (a. 488); *Marsa* 19708; *Marsalis* 9942; *Sisus* (= *Si(t)tius*) 19903; *Terensus* 9927; *Valenso* 9506. — *Domissus*[1]) (ex *Domitius*) 21743; *Euassus*[1]) (ex *Euatius*, cf. 2565 a. 10, 4044), 20734 (a. 310), 20766; *Euasse* 9804 (a. 418).

§ 103.

ci 〉 *si, s*.

Syllaba *ci* cum pro *ti* interdum substitueretur eodem modo ac *ti* assibilationem passa est:

---

[1]) cf. p. 11.

Caesilius 2830; *Fulsinia* 2802, 3660; *Eutisi* (= *Eutyc(h)i*) 16980; *prinse* (= *provinciae*?) 21544 (a. 509).

Caput 12.

De semivocali *i̯* in *di* sive *de* mutata.

Qua de causa in exemplis supra (§ 41) prolatis ante vocales *i̯* semivocalis sola pro *di* adhibita sit iam exposui; contraria quidem ratione, sed eadem causa litterae *di* vel *de* pro *i̯* sola scriptae sunt in his exemplis:

codiugis 7580 cf. p. 966; *deacentes* (?) 9985; *Diovi*[*nus*][1]) 8225.

Caput 13.

De vocalibus permutatis.

I. De vocali *e*.

§ 104.

e 〉 *ae*:

a) *ĕ* 〉 *ae*:

Exempla permulta vocalis *e* apertae vel brevis in *ae* mutatae verbis, quae grammatici saeculi IV. exeuntis et V. de *e* brevi fecerunt, respondent; „*e* . . . quando autem correptum." Servius quidem inquit (in Don. 421, 17 K.), „vicinum est ad sonum dipthongi (sc. *ae*) ut *equus*."

α) *ĕ* incipiens:

aequo (= *equo*) 20708; *aequiti* 7092; *aepulum* 12006 (a. 212); *aepulantur* 14613; *Aegrilius* 3592, 3593, 3594, 3835 (cf. *Egrilius* 7340, 2618 d 2, 3591, 5576); *Aegrilia* 3593, 3996, 3998 (cf. *Egrilia* 5578); (*H*)*aerennius* 9970; (*H*)*aerenius* 19531.

Additamentum: Graeca *ε*: *aelemosinam* 20906_4 (†); *aelemosinae* 20905 († s. IV).

β) *ĕ* quae est inter consonas:

baenignissimo 4561; *Caereres* 16693 (a. 138 161); *Caerealis* 4194, 12300; *Caerialis* 14490; *Caerealici(is)* 14617_6 (a. 188); *maemoriae* 5709, 18800, 7186, 7469, 8643 († s. V), 9182, 21565; *intaegri*[*tate*] 17535; *praetia* $17896_{19, 28, 30, 31}$ (s. IV., iuxta *pretium*); *Saecondus* 12197 (†); *Valaerius* 11060; *maerenti*[2]) 2202, 2962, 4317, 2905 6; *praecor*[2]) 3727; *i(m)praecor*[2]) 2484.

---

[1]) Si haec lectio recta est; certe hoc nomen ad formam illam antiquam *Diovem* iam non referendum est.

[2]) In his vocibus *ae* pro *e* originatione falsa vel confusione verborum similiter sonantium effecta esse potest.

Additamentum: Graeca ε: *Taecusa* 3306 (cogn.); *Praepusa* 7665; *Caeladius* 13235; *Caefalius* 20758.

γ) ĕ quae est ante vocalem:

daee 10765; *maee* 8209 = 19328; *baeato* 7855; *baeatissimo* 5333 cf. 17487 (a. 285/305), 14436 (a. 323/333); *baeatitudine* 2241 (a. 307/323), 8932 (a. 323/361), (4773 =) 18685; *laeones* 21567 b_{12} (a. 174); *Labaeonis* (gen. s.) 7041 cf. 19423 (a. 193/211).

Additamentum. ε: *Thaeo[dosi]* 8393=20266 b 2 (a. 379/383).

δ) ĕ quae est inter vocalem et consonam:

piaetate 12159; *faciaem* 12145.

Additamentum. ε: *Iaerax* 21335.

ε) ĕ finalis:

-*que*: *deabusquae, totaquae* (iuxta *victoriasque, adque, ceterisque*) 9233 (a. f. 238); *cogitansquae* 9052_5 (s. III), al. in tit.: octies.

abl. sing. III decl.: *aerae* 14769 (a. 222/235); *operae* 9109 (a. 233), al. in tit.: sexies; imperativi II. pers. s. *havae* (cf. Quintil. I 6.21) 9069_7, 20739 (a. 374); II. pers. plur. *venitae* 7156_8; voc. masc. sing. *rarissimae* 9069 cf. 20739 (a. 374).

b) *e* quae est in positione:

In *e* vocalem eius syllabae, quae vocatur nostra lingua „positonslang", ut in vocalem vere brevem, id quod de *e* brevi iam dixi, convenit.

Aestricata 4554; *Aermetio* (= *Hermetio*) 7289; *Haelvia* 19560; *Aelvius* 5716; *Haesperi* (gen. s.) 14346 (a. 376); *Caelsulus* 4133 v. p. 1743; *splaendidae* 12145; SAEMPO|||R 20060.

Additamentum I. ε: *aeclesia* 10708 (†), 20905_2 (s. IV ?); *Naestor* 2800.

Additamentum II. ĕ in *ae* mutata est consona simplici pro gemina sequente: *Maemius* 4314; *Maemia* 17003; *Baelonae* 7958; *Saecius* (ex *Seccius*?) 9390.

c) ē 〉 *ae*:

Etiam *e* longa vel clausa in sermone cotidiano cum dipthongo *ae* iam saeculis aetatis imperatoriae primis confundebatur. Cuius modi exempla terminatio adverbialis II. decl. *ae* pro *e* praebet. Et hanc pronuntiationem vel apud homines litteris eruditos saeculo quarto valuisse ex adnotatione Servi ad Verg. Aen. I 344 cognoscimus: „*miserae* dativus est non adverbium".

α) -*ae* pro -ē terminat. adverb.:

piae 11238, 12656 (I_2/II_1 s.), 12747 (I_2/II_1 s.), 17294 (iuxta *pie*); *devotae* 21738 (a. 530); *fusae* 7053 cf. p. 965 (a. 209/211); *egregiae* $18328_{17\,18}$ (a. 379/383); *nimiae* 16068 a 9.

β) E a *ē*, a qua vox incipit, ob hanc ipsam condicionem ad *ae* fuisse videtur proclivis: *ae* (= *e* praepos.) 21086 (aet. Iubae); *aedidit* 6944 (a. 198/211); *aeducatrici* 20913 († s. IV. vel V.); *Aemeritus* 4440 = 18587 (s. III), 3628; *Aemerita* 4440 = 18587 (s. III); *Aemerite* (iuxta *Emeritus*) 16581; *aeminentissimi* 1863 (s. VI); *aeius* 4623, 5836; *aeres* (= *heres*) 3163; *Aevasius* 11467 cf. 277.

γ) *ē* 〉 *ae* media in voce:

Cornaeli . . . 14137 († IV/VI s.); *Musaetia* 19168; *Quaeta* (= *Quieta*) 2870, 19872; *Quaetianus* 2913; *quaevit* 11123 (†); *Longaenius*[1]) 9192, 20822; *Apulaeius* 4693; *Coccaeius* 3594, 3835; *Coccaeia* 8533; *Caeionius* 2388, 2735, 15269 (a. 333), 7975 = 19852 (a. 364/367); 20156 (a. 364/367).[3])

Additamentum I: Formas *mausolaeum* 9293, 9316 et *maesolaeum* 2841, 4319, 20686 in his exemplis vix esse numerandas puto.

Additamentum II: *Saenius*[2]) et *Saedius*[2]) in hoc exemplorum numero ducere dubito; neque enim satis constat, utrum hae formae an *Senius* et *Sedius* originales sint.

§ 105.

e 〉 *oe*:

Vocalis *e* consona labiali praecedente sonum diphtongi *oe* similem accepit:[4])

Poetroniae 16476.

§ 106.

e 〉 *i*[3]):

a) *ē* 〉 *i*:

α) in syllaba acuta:

„*e* quando producitur, vicinum est ad sonum *i* litterae." Ex hac descriptione Servii (in Don. IV 421, 17 K.) qua de causa *e* longa vel clausa exemplorum insequentium in *i* mutata sit intellegitur:

ficit 11041, 16833; *fici* 12777 (iuxta *feci*, I_2/II_1 s.); *fidilis* 14326 († IV/VI s.); *Viro* 10152 = 22242 (a. 235/238); *minses* 11099 (†);

---

[1]) Guil. Schulze, Latein. Eigenn. p. 359.

[2]) Schulze l. c. p. 93 et 228.

[3]) Modos vocalis *e* et in *ae* et in *i* mutatae varios Schuchardt, Vokalism. des Vulgärlateins vol. I p. 226 sq. planissime explicavit. — Nostra exempla, utpote quae in titulis aetate imperatoria scriptis sint, non spectat Solmsen in primo capite commentationum „Beitr. z. Gesch. d. lat. Spr." (K. Z. 34 p. 1 sq.).

[4]) Seelmann, Aussprache p. 227.

Chirtisis (= -*ēsis* ex -*ensis*) 16941; *Fil*[*ix*] 15222; *infilix* ibidem; *Caesitius* 15536; *Cisare* (*e* = *ae*) 10166 –10169 = 22285 (a. 355/365); *Passidini* 7633; *Tissinius*[1]) 12187.

Vocalis *i* in *Homirum* 12328, *Iro* (= *Hero*? cgn.) 14616 pro *e* scripta fortasse ad confusionem, quae in *ι* et *η* vocalibus pronuntiandis apud Graecos erat, revocanda est.

β) in syllaba non acuta:

Vocalis *i* pro *e* longa syllabae non acutae ut referri potest ad sorum *e* longae ad *i* proclivem, sic effecta esse potest assimilatione vocalium velut in *D*(*i*)*oclitianus*[2]) 10071 = 10615 = 21999 (a. 284/305); *Irineus*[2]) 8642 (a. 405); vel vi insequentis nasalis, quae *e* longam in *i* inclinaret,[3]) velut in *Dimetrius* 11277, vel sono vocalis *e* in *i* imminuto velut in (*h*)*abis* 9277 = 20855 (bis); *Ciselia* 20034; *diis* (= *dies*) 8609 = 20392; *pii* (= *pi*(*a*)*e* dat sing.) 1923; *pii* (= *pie* adv.) 18414. — Originatione vulgari *i* ex *e* videtur facta esse in *dispexi* 7858 cf. 19480 et in accus. s. vocis *delectus*: *dilectum* 7036 (a. 117/138).

b) *e* quae est in positione ⟩ *i*:

α) in syllaba acuta:

Ut *e* vocalis, quae positione dicitur longa, vere autem brevis est, in *i* mutaretur vocalis *i* proximae syllabae videtur effecisse[4]) in *Gillia* 3443; *Herinnius* 4500 cf. 18460; *Herinio* 15301; *Ferinn*(*i*)*a* 14826; *Missio* 22549 (a. 249/251); *Mimmius* 21115; *Ofillia* 19609; *Cirinni* 17223 (g. s. nom. *Cerennius*); *Vittius* 6689 = 19396; *Sixtius* 8294. In exemplis reliquis *i* vocalem ex *e* ortam esse arbitror aut analogia vocalium *i* pro *e* saepe scriptarum aut scriptura quadam, quae sonum *e* vocalis ante consonantes duas ad *i* apertam propensam fuisse significat:

cisquet (contract. ex *ciisquet*?) 21476; secundum hanc formam: *requirit* 21816; *sirr*(*us*) 21158; *obripta* 21284; *ixcito* 12504_{27}.

β) in syllaba non acuta:

Ad vocalem *i* ex *e* factam duas consonas insequentes valuisse iudico in his formis:

birbecem (= *vervecem*) 12400; *Sirrata* 14125 († IV/VI s.); *Tiluris* (= *Telluris*) 14560 (a. 107); [*C*]*risconius* 13586; *Piscenila* 11587.

Natura consonantis *r* vel *s* nescio an aliquid adiumenti attulerit ad hanc mutationem efficiendam.

---

[1]) Huius vocis fluctuationem inter *i* et *e*, *s* et *ss* Etruscam esse Guil. Schulze, Lat. Eigenn. p. 159 suspicatur.

[2]) De his vocibus idem dici potest, quod de *Homirum, Iro*.

[3]) Meyer-Lübke, Grammat. d. roman. Spr. I § 88.

[4]) W. Förster, Zeitschr. f. roman. Philol. III p. 502.

c) $\breve{e} > i$:

α) in syllaba acuta:

Vocalis *e* aperta vel brevis, quam vocalis *i* — in syllaba proxima — sequebatur, in *i* mutata est:

Primi[g]inius 12800 (I_2/II_1 s.); *Primiginia* 12637 (I_2/II_1 s.); *Crescintia* 16952; *[e]xi[quio]* 15880_{16} (?).

β) in syllaba non acuta:

In aliis exemplis vocalis *e* vocali *i* syllabae acutae insequentis assimilata est velut in *Artimisia* 2878; *Perigrinus* 18085 c 13. 8157 v. p. 1879; *Cirinn(i)* 17223.

In aliis *i* ex *e* imminutione soni facta est velut in *Tirentia* 12831 (s. I_2/II_1, iuxta *Terentius*); *Tir(e)ntius* 17555; *sinatu* 10525_3 (VII/VIII s.); *angiloru(m)* 20619; *miliori* 8692; *Senica* 6908; *Decembir* 21225; *Macido* 14102 (tit. Iudaic.); *negligendus* 6023 cf. 19218; *Tribonianus* (cogn. imperat. Galli) 10383 = 22465 (a. 252). — Formae vocalem *i* continentes *beneficieis* 10525_4 (VII/VIII s.), *malifici(i)s* 1966, *benivolentia* 2728 (a. 152), 12442, 19131 vetustiores sunt.[1])

Cum in sermone cotidiano non fuerit discrimen inter -*i* et -*e* quod attinet ad ablativum sing. III. declinat.,[2]) eo melius intellegimus exempla, in quibus -*i* pro terminatione ablativa -*ĕ* scripta est:

labori 5834 = 19189 c; *provisioni* 15868; *in paci* 11271 (†), 13798 († IV/VI s.), 17445 (†); *in baci* (*b* = *p*) 11129 († a. 429); *in monti* 8379_1 = 20216 (†); *luci* (?) 15569_{11} (aet. infer.).

Terminatio III. declinationis locativa -*i* invenitur in *Karthagini* 12152, 12318.

Vocales *i* exemplorum *recipi* (II. p. imperat. praes.) 12130 (†, iuxta *lumine*, *decoratus*) et *aetatim* 13134 (a. 117 138) errori lapicidae tribuerim.

Additamentum I: Verba in titulis sepulcralibus usurpata ad annos sepulti indicandos *qui vixit* . . . et ad signum mortui indicandum *qui et* . . . ad formulam deducta sunt et ita riguerunt, ut eis etiam in titulis mulierum vel puellarum lapicidae uterentur; itaque *qui* pro *quae* persaepe, prope quadragies inde a saeculo IV. in his titulis exstat: 21645 (a. 352), 20301 (a. 349), 9977 (a. 398), 21799 (a. 425), 21676 (a. 491), al. in titul.; neque tamen haec exempla rationem phoneticam habent[3]).

Additamentum II: De *peregri* adverbio 5784 cf. Skutsch, Jahrb. f. klass. Philol. suppl. 27 pp. 97—99.

[1]) Ritschelii opusc. II p. 561 sq.

[2]) F. Bücheler, Grundriß d. lat. Deklin.² p. 119 § 312.

[3]) Cf. Konjetzny Arch. f. lat. Lexik. XV 306 et 310.

d) *ĕ* quae est in hiatu ⟩ *i*:

Vocalis *ĕ* ante vocalem vulgariter pronuntianti aeque atque *i* vocalis sonabat[1]); quamobrem vocalis *i* scripta exstat pro

α) *ĕ* non acuta:

Caerialis 14490; *Cerialis* 3218, 5268, 5813, 6943, 6962, 7112, 8739, 9866 (a. 449), 20698, 21116, 21222; *Aenius* (cgn.) 20011; *auriata* 5357; *capria* 22644_3 (luc.); *glaria* 2532 = 18042 Bb (a. 128); (*h*)*abias* 12505 a et b; (*H*)*ordionius* 7405, 18994, 19567/568/569; *Hordionia* 4726, 17082, 19570; *Hedia* (? = Ἥδεα?) 21309; *iamus* 2005; *transias* 9069 cf. 20739 (a. 374); *laquiarib*[*us*] 16539; *miseriaris* 10570 II 24 cf. 14464 (a. 180/183); *Mustacia* (cgn.) 15687; *purpurium* 4508_{15}; *purpuriorum* 2523; *Paliarius* 19680; *Paliaria* 19804; *Putiolanus* 9172; *Putiolana* 9172, 9173; *soliarem* 10607 = 14700; *Tiopiles* 3748; *Tiopilae* 3823; *vitriarius* 9430.

β) *ĕ* acuta: *Capriola* 16112; *mios* 12130 (†, iuxta *lumine*, *decoratus*), nisi hoc encliticum esse vis.

§ 106.

e ⟩ *a*:

Sonus vocalis *e* brevis vel apertae ad *a* vocalem propensus dilatationem quandam passus est[2]) in *dilacta* 19189 c = 5834.

Recompositione quae dicitur *a* vocalis restituta est in *consacratus* 5502, 5846; *consacravit* 8306, 12335; *consacraverunt* 8426_{12} (a. 213); *asparsus* 15569_{10} (aet. infer.); [*a*]*bra*[*ptae*] 15880_{16}.

Formam Graecam servavit *camaris* 9316. Assimilationi denique vocalium potius tribuendam esse puto formam *concamarationes* 7994.

§ 107.

e ⟩ *o*:

Vocalis *o* ex *e* facta est assimilatione vocalium in his exemplis: *Modorati* 10830; *roposit*[*o*]*rium* 9426; *Astorope* 21335, quae forma fortasse hoc nomen proprium etiam a Romanis more Graeco quod attinet ad accentum, esse pronuntiatum docet; *Ptolomeus* 2562_{52}, 2965, 10483_5; *Ptolomea* 4007.

Forma Latina nominis *Veldumianus* vocalem *o* pro Etrusca *e* praebet[3]): *Voldumiano* 10213 (a. 252), 10383 = 22465 (a. 252), 22424 (a. 251/253); *Voldummianus* 10320 (a. 251/253).

Vostrum 9081: vocalem *o* aetatis superioris servavisse videtur qui sermonis antiqui appetens hunc titulum sepulcralem scripsit.

---

[1]) Lindsay II § 6, p. 21.

[2]) Seelmann, Aussprache p. 184.

[3]) Guil. Schulze, Latein. Eigennamen, p. 251 adnot. 7.

§ 109.

e 〉 *u*:

Vocalis *e* vocali insequenti *u* assimilata est in *supulturae* 12013. Pro mendo lapicidae formam *perputuis* (= *perpetuis*) 10246 (a. 307/323) habeo.

II. De vocali *a*.

§ 110.

a 〉 *ae*:

Pirsono qui iudicet[1]): „la présence . . . de *e* (*ae*) dans *aennos* XII 2106 nous paraît devoir être attribuée à la négligence du lapicide" potius assentaberis credo quam editori, qui ad titul. 12144 adnotat: „*aesse* = *asse*, ut alibi *aenis* = *annis*, *aenulis* = *annulis* sim.", nisi forte his exemplis te capi sines: *aenis* 4328. 11475 (iuxta *annis*); *aesse* 12144; *Menelaeus* 21275.

Additamentum: Falso scriptum esse *sobriae* 20277_{11} (a. 299) in hoc versu dactylico: „*ipsa q*(*uae*) *nutri*(*i*)*t, iaces, et sobriae semper*" pro nominativo *sobria* apparet.

§ 111.

a 〉 *e*:

Immutatione vel potius imminutione vocalis *a* non acutae factum est, ut ex *Ratiaria* (Moesiae superioris) *Retiaria* 2871 oreretur. De *Dalmatia* et *Delmatia* utra forma recta esset Romanis ipsis eruditis non satis constabat[2]): *Delmatiae* 2581_2 (a. f. 167); *Delmatio* 22196 a (a. 335/337); *Delma*[*ti*]*arum* 9377. 9384. 21040.

Eadem fere fluctuatio in titulis et apud scriptores invenitur inter formas *Sarapis* et *Serapis*: *Serapi* 2630 (a. 158), 21487: *Serapio* 2551_{10} (a. 198), 18085 c 16; *Serapionis* 2789.

Additamentum: Inter duo nomina barbara *Tarafan*(*i*) 11221 et *Teref*(*a*)*ne* 21044 diiudicare difficile est utra forma originalis sit. — *Coniunx rarissime* 8854 pro *rarissima* neglegenter scriptum est.

§ 112.

a 〉 *o*:

Semivocalis *u̯*, quae in *qu* inest, vocalem *a* in *o* inclinavit[3]): *Codrati* (= *Quadrati*) 6741, 11309.

---

[1]) Pirson, la langue des inscr. lat. d. l. Gaule p. 2.

[2]) Vel. Longus K. VII, 73, 6 sq., Cassiodor. K. VII, 155.

[3]) Lindsay p. 17.

§ 113.

a 〉 *u*:

Vocalis *u* ex *a* alia ratione orta esse non potest nisi assimilatione vocalium in *Januaria* 16980, 16043; *Cutullus* 11573.

Additamentum: Formam *nitiones* 12377 ex *nationes* nisi mendo lapicidae provenire non potuisse quis neget?

III. De vocali *i*.

§ 114.

i 〉 *e*:

a) *ĭ* 〉 *e*:

α) In syllaba acuta: Vocalis *i* brevis vel aperta; quippe quae sono vocalem *e* clausam fere aequaret,[1]) huic *e* cessit in his exemplis: *Aemelia* 6194; *acceperent* 12422; *Caletyche* (?) 12699 (I_2/II_1 s.), 12941 (a. 117/180); *Licenia* 4101 (tit. Iudaic.); *menus* 9984 (a. 429); *meno* (= *minus*) 16307; *sene* 1966, 9725 = 21531 (a. 339); *setu(s)* 9639; *Antestius* (?) 5504 = 18828, 4783 = 18660; *Antestia* (?) 3869, 20965 a.

β) In syllaba non acuta: Vocalis *i* brevis non acuta maxime idonea erat, quae in *e* inclinaretur:

Dometian(us) 7426; *Dubetatae* 2151; *Pertenacis* 8796 cf. 18021 (a. 193/206), 17726 (a. 194); *pertenebit* 9998; *emag(inifer)* 9291; *Leburnius*[2]) (?) 9604; *(ad) monem(entum?)* 4490 (= *monimentum*); *en (pace)* 8635 (†); *Hospeta* 15314; *Musecus* 19706; *Sodales* (cgn., nom. sg.) 7178; *Frontones* (gen. sg.) 17019 (iuxta *Clementis*); *cesquet* (= *quiescit*) 14230 († IV/VI s.); *ceqqet* (= *quiescit*) 21428 (†); *cisquet* 21476.

b) *i* quae in positione esse dicitur 〉 *e*: Haec *i* condicionibus iisdem atque *i* brevis in *e* mutata est.

α) In syllaba acuta: *ceque* (= *quinque*) 12200 (†); *encolae* 2496; *Corentus* (?) (cgn.) 9426, 9058; *sexagenta* 11899 (†); *vigenti* 8573 v. p. 1920 (iuxta *vinti*).

Additamentum: Nomen barbarum *Barecbal* 15799 (*Baricbal* v. indic. s. v.).

β) In syllaba non acuta: *Quentianus* 19578; *Semperusa* (= *Sympherusa*, *y* = *i* 〉 *e*) 8674.

c) *ī* 〉 *e*: Sermonis rustici fuisse vocalem *e* pro *i* longa pronuntiatam Cicero (de orat. III, 12, 46) et Varro (RR. I, 2, 14, I, 48, 2) commemorant. Huc trahi possunt exempla haec:

α) In syllaba acuta: *felius* (?) 10662 = 17602; *hec* (nostr. „hier") 21113; *que* (= *qui*) 18382.

---

[1]) Lindsay p. 27, 33.

[2]) Schulze, Lat. Eigenn. p. 180 adn. 4.

Sed aetate inferiore demum *e* vocalis ex *i* facta est in *saleret* 2631; [*v*]*exit* 16342. Incerta mihi sunt exempla *i* in *e* mutatae *Cartellius* (iuxta *Cartiliae*) 21022; *Poletice* (= *Πολιτική*?) 13097 (a. 117/180).

β) In syllaba non acuta: *defenicionis* (= *definitionis*) 8812_6 (a. 222/235); *dede, fece* (I. pers. sg. perf. act.) 8239 cf. 20076 (a. 120); *ade* (II. pers. imper.) 12118; *Breseis* 13784 († IV/VI s.).

Additamentum: Syllabae acutae vocalem *i* ancipitem in *e* mutatam praebet *hec* (pron. dem.) 14439 (a. 527/565), syllabae non acutae *ube* 2728_{17} (a. 152), 20600_6 (a. 359).

d) *i* quae est in hiatu 〉 *e*[1]): Vocalis *i* et *e* non acuta, si ante vocalem erant, ambae sonum litterae *j* aequabant ideoque nonnunquam pro vocali *i* vocalis *e* substituta est: *Eanu*(*a*)*ria* 21804; *Borocea* 5432 (sed p. 1659 ad hunc titulum (*Boro*)*cia*); *poteus* 5784; *Successeani* 19643; *Pareo* (*marmore*) 21081; *memorea* 9865 (a. 419) cf. p. 2059; *Estea* (= *Hestia*?) 3050; *dolearia* 22632_{34}; *Auleus* 20094.

Additamentum: Dipthongus Graeca *ει* vocali *e* reddita est in *Alexandreae* 8925, 8934 (a. 117/138) et *edylliorum* 5530 = 18864.

§ 115.
i 〉 *u*:

a) *ĭ* 〉 *u*:

α) Syllabae non acutae vocalis *i* brevis, quae inter *i* et *u* sonabat, saepe vocali *u* expressa est.[2]) Quae *u* pro *i* exstitit non solum litteris labialibus, sed etiam aliis consonis vicinis. Exempla huiusmodi plurima terminationes superlativae[3]) praebent: *optuma* 9264, 21358, 21815; *optumae* 4128; *optumi* 16325; *optumo* 4008; *Maxumus* 9962, 19884; *Maxsumus* 17353; *Maxuma* 11962, 21246; *piissumus* 21265, 21840; *piissumae*, [*inno*]*centissumae* 21815; *amantissumae* 21295; *karissum*(*a*)*e* 21805 (a. 359); *indulgentissuma* 21840; — *regumen* 20908 (†); *domunus* 22538 (a. 323/361); *vicensumari* 7099 (ante a. 6 p. Chr.); [*Do*]*minucus* 13623 († IV/VI s.).

Formam *cubuc*(*u*)*lari* 9431 potius assimilationi vocalis, quod attinet ad *u*, esse tribuendam iudico.

β) In syllaba acuta haec *u* inter *i* et *u* sonans raro exstat: *Decumia* 7327; *lub*(*ens*) 19984, qua forma scriptores saepe utuntur; *tuclu* (= *tit*(*u*)*lu*(*m*)?) 9985.[4])

---

[1]) Cf. exempla vocalis *e* quae est in hiatu in *i* mutatae, p. 59.

[2]) Th. Birt, Sprach man *avrum* oder *aurum*? Rhein. Mus. vol. 52. Ergänzgshft. Anhang II p. 174 sq.

[3]) Cf. Arthur Brock, Quaestionum grammaticarum capita duo, Dorp. 1897, caput I.

[4]) Vocalem *u*, quae in *versuculus* 5908 (a. f. 68) est pro *i*, suffixo *u* vocis primigeniae *versus* effectam esse verisimile puto.

b) $\bar{\imath}$ 〉 *u*: Interdum etiam *i* longa sive non acuta sive acuta sonum eius vocalis, quae inter *i* et *u* sonabat, accepisse videtur; alia enim ratione arbitror non posse ortas esse formas quae insequuntur.

α) In syllaba acuta: *Hostul(ius)* 2569_{51}; *Lo(n)gunius* 16312; [*Fe*]*lucitas* (?) 14826.

β) In syllaba non acuta: *stupendiorum* 15647, 16552, 18290; *istupen(diis)* 3271 cf. 18174.

Additamentum: Nomen barbarum *Buruchal* (= *Barichal*) 19715 nescio an in horum exemplorum numero ducendum sit.

Excursus.

Sed in permutatione vocalis *i* disceptanda paulisper subsistere mihi liceat; nam hoc loco nonnulla exempla, quae non solum ad *i*, sed etiam ad *y* permutatam pertineant, expedire non esse alienum puto. Et habent haec exempla scripturas *u* pro *ui* et *ui* pro *y*.[1])

§ 116.

ui 〉 *u*:

Vocali illa, quam sonum inter *i* et *u* medium habuisse notum est,[2]) factum esse videtur, ut interdum syllabae *qu* et *qui* aeque (h. e. *kü*) pronuntiarentur ideoque altera pro altera scriberetur.[3])

Qur (= *Quirina*) 5535, 5552, 5555 = 18959, 19008, 19054; *Quntus* 7685, 11161; *Cuntus* 11154; *Qunta* 8583 v. p. 1920; *Quntasius* 17033; *Aqullius* 2564 b 31; *Aculinus* 7973 (a. 215), 16048; *requrit* 21571 (†). — In *sescuplicarius* 21032_5 vocalis *u* syllabae *cu* analogia vocis *duplicarius* videtur exstitisse. — Vocalem *i* post *u̯* semivocalem in *y* Graecam propensam fuisse Priscianus grammaticus (I, 6) memoriae tradidit; vocalem *y* autem vocalibus Latinis coniunctis *ui* respondisse cum ex multis testimoniis tum e scripturis *qui* pro *ky* Graeca cognoscitur. Facile igitur fieri potuit, ut *u̯i* cum illa ut ita dicam semidipthongo *ui* confunderetur. Litteram *u* vero pro hac vocali inter *u* et *i* media adhibitam esse supra vidimus. Ita intellegi possunt formae, quae insequuntur: *Uctor* 20280; *Uctori* 10190 = 22325 (a. 355/363); *Uctoria* 16986; *uxit*[4])

---

1) Cf. Th. Birtii librum, quem pg. 62 adn. 2 attuli.

2) Lindsay, Lat. Spr. p. 29.

3) Birt, l. c. p. 189.

4) Hanc coniecturam, quae exemplo *yx* (= *vixit*) 21738 (a. 530) comprobari videtur, antetulerim ei quam supra (§ 28) proposui litteram *x* pro *ix* scriptam esse.

(= *vixit*) 6220, 8100, 8101, 11380, 15224, 20405, 9496; *ŭxit* 16774; *inuctus* 22430 (a. 275/276), 22548 (a. 285/305, iuxta *invictus*); *inucto* 10300 (a. 253/268, iuxta *invicto*); *Ulisarius* 8699 v. p. 1933; *prounc(iae)* 9709 (a. 475).

Formae *statut* (= *statuit*) 11154 et *fut* (= *fuit*) 9179 = 20819, quas contractione vocalium esse ortas supra dixi (§ 18), dubito an spectent potius vocalem inter *i* et *u* nutantem. Denique scripturis *dui* (= *divi*) 18783 (a. 193/211) et *duis* (= *divis*) 11700, nisi errore ortae sunt, fortasse aliquid rationis est cum hac vocali *ü*.

§ 117.

y 〉 *ui*:

Contraria ratione atque in exemplis modo allatis littera Graeca υ (= *y*), cui vocalis inter *i* et *u* sonans respondet, vocalibus *ui* expressa est. Pro *Cyriacus* invenitur *Cuiriacus* 10539, *Quiriacus* 2519 = 5669 († a. 412).

§ 118.

i 〉 *y*[1]):

Verba Prisciani (I, 6), quae supra strictim attigi: „et *i* quidem quando post consonantem loco digamma functum Aeolici ponitur brevis, sequente *d* vel *m* vel *r* vel *t* vel *x*, sonum *y* Graecae videtur habere, ut *videre, vim, virtus, vitium, vix*“ non solum ad *i* post *v* sed etiam post *f* positam pertinuisse puto; cf. *fydes* 7156_3; *fydelis* 15724; *Fyde[lis]* 10970. — Formae *myseros* 9513, *my[s]ero* 7759_{17} confusione vocis Latinae *miser* et Graecae μυσαρός esse ortae videntur.[2]) Ex mutatis vocalibus *i* et *y* lapicidam affectasse notitiam linguae Graecae efficitur:

Nimphydia 12794 (I_2 II_1 s.); *Dyonisius* 12687 (aet. ead.). Et usos esse lapicidas, qui *y* vocalem in vocibus Graecis vel barbaris falso pro *i* vocali substituerent, simulatione doctrinae pro certo habeo cum Pirsono (la langue d. inscr. d. l. G. p. 40): *bybliothecis* 20684; *Zyonysius* 5036; *Mytre* 8440.

§ 119.

i 〉 *ei*:

Sermonis antiqui is appetens erat, qui dipthongo *ei* pro *i* utebatur.[3])

---

[1]) Seelmann, Ausspr. d. Latein. p. 203 sq.

[2]) Lindsay II § 16 p. 32.

[3]) Lommatzsch, *ei* für *i* auf latein. Inschriften d. Kaiserzeit, ALL. XV p. 129 sq.

benificieis v. 4, *preiratimque* v. 5, *sibei* v. 6: 10525 (s. VII/VIII); *meiles* 10605 = 14697 (usque ad a. 68 p. Chr.); *Leiber* 2632 (a. 161/169?); *seic* v. 2, 8. *nobeis* v. 10, *legeisti* v. 13: 21179 (s. II. ineunte); [*eic* (= *hic*) 21267]: *beixit* (= *vixit*) 11479 (iuxta *bixit*).

IV. De vocali *o*.

§ 120.

o 〉 *u*:

a) *ō* 〉 *u*: Eadem ratione qua *e* clausa vel longa in *i* vocalis *o* clausa vel longa in *u* vergebat. Qua permutatione potissimum terminationes substantivorum et adiectivorum, quibus suffixum -*o*- est, affectae sunt.

α) In syllaba acuta: *Adeudatus* 10714, 13784 († IV/VI s.); *Adeudata* 13439; *Rum(ulam)* 21799 (a. 425); *procus* (= *procons(ul)* iuxta *cos*) 22432 (a. 284/305).

β) In syllaba non acuta: *Censurinus* 22632$_7$; *Nuritanor(um)* 4292; formarum vocis *mausoleum*, quae variis modis fluctuant, quattuor vocalem *u* praebent: *mausuleum* 9189; *mesuleum* 14613; *musuleum* 10712; *mesuleolus* 9815; — *Charitu* 1911, *Caritu* 8576 quae nomina ambo *Χαριτώ*, Graeco respondent. Ad terminationes II. et IV. declinationis confusas videtur pertinere vocalis *u* ablat. sing.: *animu* 20438 (a. 222); *in paradissu* 13603 († IV/VI s.); *a tauru* 2268; *de lignu* 20600 († a. 359); *con maritu* 9638; *in deu fidelis* 13977 († IV/VI s.); *tertiu* 6700 (†); *de numeru* 17414 (†); *in bonu* 14328 († IV/VI s.); *die nonu* 21689 (a. 493); *die undecimu* 9709$_8$ (a. 475); *die octabu* 21540 (†); *die tersiu* 21642 (a. 460); dat. sing.: *Sabastenu* 9057; acc. pl.: *annus* 7936 = 19683.

b) *o*, quae in positione esse dicitur 〉 *u*: Vocalis *o* sive acuta sive non acuta ante duas consonantes vel geminam consonantem sonum ut ita dicam clausum haud scio an acceperit, id quod efficitur ex vocali *u* pro hac *o* scripta.

α) syllabae acutae: *Cuttius* (cf. *Cottia* 2418, *Cōtius* V, 2611) 13002 (a. 117/180); *Cut(t)ia* 13036 (aet. eiusd.): *Cuteus* 21671; *Munula* (cf. *Monnula* 6398, 7101, 7404, 8575) 7662; *urbis*[1]) (= *orbis*) 22083 (a. 275/276), 22106 (eiusd. aet.).

β) syllabae non acutae: *Muntanus* 2272, 6640 41, 8139, 19004: *Muntana* 14621; *Tunne(i)us* 20199; *Pullentius* 2403 (a. 360/366); *Pullentianus* 10889.

---

[1]) Haec scriptura fortasse errore lapicidae orta est; facile enim fieri potuit, ut *orbis* cum *urbis* confunderetur.

Additamentum: Illa vocalis *o* in *u* permutatione, quae iam temporibus antiquis ante liquidam *l* et alteram consonam coniunctas exstitit, postea demum ea vocabula, in quibus littera *v* vocalem *o* praecedebat, affecta sunt: *Vulcacia* 14312_3 = 1182, 20812; *Vulcacius* 2403 in lat. sin. 3. In his exemplis ducenda est forma *Ulcius*[1]) (= *Volcius*) 5654.

c) ŏ 〉 *u*:

α) Syllabae acutae vocalem *o* brevem vel apertam in *u* mutatam exempla tria exhibent: *marmureum* 4836; *tumi* 17896_{42} (a. 361/363); *Numas* (? = *Νομάς* cgn.) 15108 (II_2/III_1 s.).

β) Syllabae non acutae *o* brevis, ut in vocalibus non acutis saepe fit, permutationem passa est: *Ufel(l)ius* 5742. — Graecae *εο* vocalibus *eu* redditae sunt[2]) in *Theudorus* 13925 († IV/VI s.); *Teudora* 14547 (a. 534/567). — Vocalis *o* vocali *u* sequenti assimilata est in: *Rutunda* 11622; *munumentum* 2296, 15794, 21116, 21204, 21535; *mulumentum* (*l* pro *n*) 21489 (a. 237); *Cuculni* 7322 (cf. *Coculnius* 6993, 7042). — Formam *munimentum* (pro *monumentum*) 4381, 17559, 21718 cum voce a verbo *munire* ducta *munimentum* esse confusam apparet. — Inter *Cupronius* 18065 (a. 162), 18962 et *Copronius* diiudicare non audeo, utra forma originalis sit.[3])

Additamentum: Forma *prunciae* 21676 (a. 491) hoc modo explicari potest: vocali *o* brevi facta *ov*, quod est ante syllabam acutam, in *u* transiit ut in *cluaca, Cluentius*.[4])

§ 121.

o 〉 *e*:

In syllaba non acuta sonus *o* vocalis et brevis et longae imminutus est in *e*:

α) ō 〉 *e*: *Honeratus* 9462; (*H*)*oneratus* 9768; *Honerata* 9099 b (iuxta *Honorata* 9099 a), 9462, 9645 (iuxta HONO...), 21215, 21288; (*H*)*onerata* 9887 (a. 420); *honeraris* 6944 (a. 198/211), quae exempla potius videntur facta esse confusione formarum *oneratus*, *onerarius* similium.

Additamentum: Vocalis *e* pro *o* est in his vocis non latinae *mausoleum* formis *menseleum* 20734 (a. 231), *meseleum* 9613 v. p. 2028, 21532.

β) ŏ 〈 *e*: *Telegeni* 10479_{51}.

Additamentum: Forma Etrusca nominis *Volcacius* est in tituli 2568 (cf. 18055) v. 48 *Velcacius* iuxta v. 70 *Volcacius*. — Ad

---

[1]) De *v* omissa cf. p. 34 adn. 3.

[2]) Usener, Fleckeis. Jahrb. 1865, 227.

[3]) Schulze, Lateinische Eigennamen p. 157 adn. 3.

[4]) Solmsen, Studien z. lat. Lautg. p. 141 sq.

fictionem nominum, non ad rationem sonorum spectat *horilegium* (= *horologium*) $4515_{6.7}$ (a. 237) in quo *i* solita in compositis latinis vocalis invecta est. — Pro mendo lapicidae habenda est scriptura *proesus* (= *prorsus*, E pro R) 5784.

§ 122.

o 〉 *a*.

Valdumianus 10323 (a. 252/253), 10423 = 22254 (aet. ead.) ex *Voldumianus* factum videtur ut olim *vacare* ex *vocare*.

V. De vocali *u*.

§ 123.

u 〉 *o*:

a) *ū* 〉 *o*:

Sonus *u* longae vel clausae ab *o* vocali discrepat. Propterea huius permutationis exemplum nullum exstat; vocalis *o* enim, quam *Poblicia* 7065 praebet, aut studio antique dicendi effecta est aequa ratione atque in vocibus *Poblicola*, *poblicus* similibusque aut *ou o* Latinas antiquas spectat. Idem fortasse valet de *Nondinarius* 5620.

b) *u* quae est in positione 〉 *o*:

In syllaba positione longa *u* vocalis, quae ut vere brevis ad *o* inclinaret, saepius hanc permutationem passa est.

α) Praecipue *o* ex *u* facta est nasali et muta sequentibus:

1. ante consonas *n* et mutam:

in syllaba acuta: *Mondius* 5051; *Verecondus* 6070; *Saecondus* 12197; *Aerondo* (= *Arundo*?, cgn.) 15439. (Forma vetusta est *avonculo* 6705 (a. 117/138), 7055, 9388).

in syllaba non acuta: *volontatis* 10642 (†). — Terminatio antiqua *-ont* pro *-unt* est in *solvont* 16456 (a. 3 p. Chr.).

2. ante consonas *m* et mutam:

in syllaba acuta: *Colomba* 13558 († IV/VI s.), 14098 (tit. Iudaic.), 14618; *Ombrius* 6553. — Antiqua forma est *duomvir(o)* 7099 (ante a. 6 p. Chr.);

in syllaba non acuta: *Ombilius* (= *Umbrilius*?[1]) 3948.

β) ante consonantem geminam:

in syllaba acuta: *discossor* 2297 (s. V.); *Volossius* 17199;

in syllaba non acuta: *Moranius* (= *Murranius*)[2]) 16698.

Additamentum I: His exemplis adiciam nomen barbarum *Motthun* (= *Mutthun[us]*) 2567_{29}.

---

[1]) cf. § 45.

[2]) Schulze, Latein. Eigennamen p. 362.

Additamentum II: Forma *voltus* 14365$_{10}$ (s. IV) fortasse studio sermonis antiqui effecta est.

c) *u* 〉 *o*:

Cum sonus *u* brevis vel apertae ipsius in *o* propensus esset, haec permutatio consonantibus vel vocalibus quibusdam vicinis etiam aucta est:

ante *l*: *Catolus* 7366; *Catola* 21629 (a. 355): *Anoleius* 9147; [*cup*]*ola* 3213; *secolom* 9976. — Nominis *Aristoboli* 22652$_2$ (= *Aristobuli*; signaculum) vocalis *u* haud scio an brevis facta vi liquidae *l* sequentis in *o* mutata sit.

ante *o* vocalem *u* apertam in *o* transisse non mirum est: *Luctoosa* 6006. — Vocali *o* syllabae praecedentis assimilata est *u* in *monomentum* 9493.

Ex originatione falsa, qua prima syllaba nominum a *Iuv*- incipientium cum *Iov*(*is*) *Iov*(*i*) confunderetur[1], vocalis *o* in *Ioventia* 16098, [*I*]*oventilla* 15919 intellegi potest. — Formam *Eurocles* (= *Eurucles* ex *Eurycles*) analogia nominum Graecorum, quae in *-ocles* desinunt, esse ortam puto: 13195 (cf. p. 71 adn. 1). — Syllabae finalis *o*, quae litteram *u* vel *v* sequitur, aut servata est inde ab aetate superiore aut scripta idcirco „quia vocales“, ut fere verbis Veli Longi grammatici (58, 4 K.) utar, „inter se ita confundi non possunt, ut unam syllabam [non] faciant.“ Cf. *Primitivos* 3079, 12506, 14966 (s. II$_2$/III$_1$), 18065 e 22 (a. 162): *vivos* 7999, 9057, 17199, 18629; *servos* 12912 (a. 117/180), 12605 (I$_2$ II$_1$ s.): *parvom* 5908 (a. f. 68); *duom* (gen.) 21345. — Exempla *quom* (= *cum*) 10525 (VII$_2$/VIII$_1$ s.); *con* (= *cum*) 9638; *quoi* (= *cui*) 9505 in numero formarum antiquarum ducenda sunt[2].

Vocalem *o* antiquam servaverunt formae *Clovius* 21112; *Cloventius* 14609.

De *Motilius* 19504 satis mihi non constat, utrum haec forma an *Mutilius* originalis sit. Vocalis *o* syllabae finalis, in qua ut in syllaba minime acuta permutatio vel potius imminutio soni facile fieri potuit, ex *u* exstitit in his formis: *Burros* (cgn.) 12377; *cip*(*p*)*om* 11687 = 553; *secolom* 9976; *soporantion* (= *-ium*) 2297 (s. V.). — Pro terminationibus *-us* et *-um* invenitur *-o*[3]:

laboribo 4354 (a. 578/582); *meno* (= *minus*) 16307; *sepulto* 7440; — *per Solomonem . . . magistro . . . patricio* 1863 (s. VI); *arco . . . tes-*

---

[1]) Solmsen, Stud. z. lat. Lautg. p. 145.

[2]) Bersu, Die Gutturalen pp. 42 et 54.

[3]) De *m* finali eos qui legunt delego ad Diehlii librum supra commemoratum, de *s* finali deleta ego iam verba feci (§ 30).

selavit 12457 (tit. Iud.); *voto . . . fecerunt* 12286 (a. 138/161); *titulum meo fles* 13124 (a. 117/180); *solacio praestas* 19606: *sacravit vitulo* 15017 (II_2/III_1 s.); *tumulo meum* $15716_{7/8}$; *sepulcro fecerunt* 21710; *domo . . . fecit* 9982 (a. 416); 21793; *d(iis) m(anibus) sancto* (?) 9985; — post praepositionem *apud* potius falso casum ablativum adhibitum esse crediderim in *aput caro marito* $13134_{13 \cdot 14}$.

Additamentum: Quantopere aequaverint terminationes *-us* et *-um* sonum vocalis *-o* cognoscitur ex scripturis inversis, quas iam proponam. Eae enim rationem scribendi contrariam atque exempla modo allata ostendunt:

-us pro *-o*: *artificius et ingenius exuperavit* 15597;

-um pro *-o*: *de suo prop(r)ium* 12457 (tit. Iud.); *solidum de marmore* 18823; *se vibum instituit* 5066; *T. Licinio . . . praesidi . . . primipilum* 20996_9 (a. 227). Falsa constructione praepositionum effecta esse possunt haec exempla: *in numerum habias* 12505a et b; *cum dealbamentum* $20252_{9 \cdot 10}$; *ex numerum* 9292 = 20857; *cum titulum* 20780 (a. 318); *fuit in saeculum* iuxta *fuit in seculo* 21337; *in sacerdotium* 9709 (a. 475); *sene* (= *sine*) *commodum* 9725 = 21531 (a. 339).

§ 124.

u 〉 *e*:

Imminutione soni *e* ex *u* facta est in

Scapela (cgn.) 15251; in his exemplis fortasse numeranda sunt nomina barbara *Metuni* (= *Mutthunus*) 11198; *Metumus* 20474 (a. 331).[1])

Vocalem *e* vocis *netrici* 16270 ad falsam scripturam esse referendam arbitror.

§ 125.

u 〉 *i*:

Vocali *i* ea vocalis inter *i* et *u* sonans, de qua iam (p. 62 sq.) verba fecimus, notata est in exemplis infra allatis, quae alibi pro hac vocali vocalem *u* habere solent.

Et scripta est *i* pro *u* praecipue ante litteram labialem (*m* vel *b* vel *p*) in

a) syllaba non acuta: *monimentum* saepe: 21008 (med. s. I), 21636 (a. 365); al. i. tit.: 33[ies]; *monime(n)tus* 11751; *Hadrimeto* 3334;

---

[1]) *Cecurrit* 16566_8, alias formas quasdam recentissimas in hoc titulo obvias velut *peri* pro *perii*, *ob grave casus* pro *ob graves casus*, *ecus* pro *equus*, *quo fuit* pro *quod fuit* respicienti vocem *cecurrit* esse non posse formam perfectam antiquitus vocali *e* reduplicatam perspicuum est. Sed etsi eadem ratione at denuo hanc formam fictam esse arbitror.

Hadrimetinae 11174 175; *Adrimeto* 2618 (a. 196 212); *Postimus* 3901, 11853, 14666, 15136 (?); *Postima* 5453 54; *Pactimeia* 8118 v. p. 1879 (iuxta *Pactumei*); *contibernalis* 3201. 3246, 11284. 12083, 12642; praeterea *Inclitus* (cgn.) 14731, 22644_{145}. Exempla huius modi praebent fortasse nomina barbara *Mitthunbal* (= *Mutthunbal*) 17298 et *Sigambrorum* 9363.

Additamentum: Ea vocali, quae inter *i* et *u* nutabat, etiam formas *conigi* 5749 = 19146, 9218 et *cois* (= *coius*) 17774 (videlicet ortas ex *coniigi, coiis*) esse procreatas putaverim.

b) Ut syllabae acutae vocalis *u* in *i* mutaretur, vocalis *i* syllabae insequentis effecisse videtur:

Postimius 10651, 15011 (s. II_2/III_1), 15128 (aet. ead.); *Postimia* 4002, 4003; *Minicius* 2478 (a. 104/105), 4643 (a. 139), 4676 (a. f. 107), 8544, 10962 (a. f. 105), 22349 (a. 105); *Minicia* 12792 (s. I_2/II_1, iuxta *Minuciae*); *Miniciae* 11338, 12442.

Additamentum: Analogia adiectivorum *bipes tripes* vocalis *i* pro *u* effecta esse videtur in *quadripedem* 16566_6.

VI. De *υ* (*y*) vocali Graeca.

Vocalem Graecam *υ* (*y*) vocali inter *i* et *u* sonanti Latinae respondisse supra commemoravi (p. 63) et hanc vocalem et *i* et *u* vocalibus esse expressam iam vidimus; quo fit, ut ii qui litteris non eruditi vel linguae Graecae imperiti erant modo rationem antiquam secuti *u* vocali modo *i* vocali Graecam vocalem notaverint:

§ 126.

y 〉 *u*:

Esuchius 2134; *Eutuches* 17693; *Dionusi* 22637_{32}; *Durrac(chio)* 3079; *Olumphia* 21284; *Summachus* 3016, 5347 (a. 370); *Palmurenus* 3917; *Palmurenorum* 11343; *Pacrusis* (= **Παγχρυσίς*?[1])) 5195 = 17323; *Philargurus* 15000 (II_2/III_1 s.), 22632_{73}; *marturum* 2334 (†), 5664, 5665, 6700, 20600_8 (a. 359); *Marturi* (nom. proprii gen. sg.) 14100 (tit. Iudaic.); *marturis* 16747 (†); *marture* 18002; *marturas* 9692; *marturorum* 7924 (†); *Numficus* 22652_3 (signac.); *Luciscus* 15970, 16417_2 (a. 188), 20322; *Lucisca* 3560; *Libuae* 21031_4, 21303_4; *Assuritanus* 20395; *Beru(l)li* (gen. sg.) 21145; *Aculus* (?) 19701; *Surus* 4310, saepe; *Sura* 5117, 6176, 8857: saepe; *Surilla* 8820; *Surius* 19927; *Suricia* . . . 13959 (IV VI s.); *Suriacus* 15032

[1]) Cf. § 61.

(II_2/III_1 s.); *Tuceni* (dat. sing.) 4111; *T(h)umele* 3098; *Turranicus* 9352 (a. 209), 10 981 = 20 986 (eod. a.), 20 987 (eod. a.).[1]

§ 127.

y 〉 *i*:

aelemosinae 20 905$_5$ (†); *aelemosinam* 20 906$_4$ (†); *Callosina* 15 592; *Cimbae* (? cgn.. gen. sg.) 15 248; *Ciprianus* 10539, 20600$_9$ (a. 359); *C(h)risogonus* 21 511 (†); *Cidoni(us)* 14819; *Dinamis* 21 086 (aet. Iubae); *Dinamius* 10517 (†); *Dionisus* 7339 v. p. 1848; *Dionisia* 4349; *Zonisius* 7933; *Dionisio* 9620, 18 390; *Dionisianus* 3326; *Eutices* 3021, 6976, 8142, 16|980, 3597 (?); *Euticeti* (dat. sg.) 3327; *Euticus* 7355, 7646: *Euthicia* 5496, 15898; *Eutice* 9431; *Euticiola* 16 047; *Euticia* 3223: *Eutichianus* 2561$_{18}$ = 18 073; *Euticianus* 2626 c 6 (a. 270/275), 16 351; *Egiptii* 7924; *Egipti* 21 239: *Egiptia* 14149 (IV/VI s.); *Aeciptia* 9117: *epistilis* 4585; *Eufrosine* 11 070; *Hippolite* 10533; *Hip(p)olitus* 16719; *Kariota* 11 710 = 511; *Iacinthus* 3596: *Himn* . . . 7872; *Lisimac(h)us* 2626 a 7 (a. 270/275); *Mirsine* 8143; *martiri* 9271 (s. V); *martires* 5352 (a. 539); *martiribus* 8631 (†); *Ninfe* (= *Nymphe*) 16 570: *Nimpe* 12813 (I_2/II_1 s.): *martiris* 2220 cf. 17 614 (†); 7633, 8630 (a. 452): *martirum* (gen. pl.) 10686 cf. 16 741, 19 102, 5352 (a. 539); *Olimpus* 15 925; *Olimpias* 7622; *presbiter* 2014, 20 411; *presbiteri* 16 755 (†), 20 300 (a. 363): *Simbolio* 18 241; *sinagoga* 12 457 (bis, tit. Iudaic.), 8499: *Sincletius* 21 332; *Sinerusa* 16 993: *Sinerotis* 17 118; *Sira* 16 277; *Stafilus* 21 257; *Tice* (= *Tyche*) 3158; *Tichadas* 2260. — Huc pertinent etiam scripturae *Thiyce* 12 943 (a. 117/180); *martyiru* 9716.

Caput 14.

De dipthongis permutatis.

I. De dipthongo *au*.

§ 128.

au 〉 *a*:

Dipthongus *au* vulgariter pronuntiando in *a* imminuta est. Quam imminutionem exstitisse ante syllabas aut *u* aut alias vocales continentes ex exemplis, quae iam enumerabo, intellegitur. Iis igitur, qui *au* in *a* non mutatam esse nisi ante *u* vocalem syllabae insequentis putant[2], assentiri non possum.

Mutata est *au* in *a* ante *u* syllabae insequentis:

Agusta 10 681/82 cf. 16 727 (s. VII); *Agusto* 22 375 (a. f. 312); *Ag(u)sto* 21 972 (a. 355/363); *Ag(ustis)* 4354 (a. 578/582); *Agg* (= *Augustorum*) 2095 (s. VI); *Agustas* 9815, 11 131 (†), 20 644 (a. 467). Fortasse huc pertinet etiam forma *anculo* (= *a(u)unculo*) 3936/3937, quae quem alium explicatum habeat nemo non videt.

ante *i*: *Cladius* 2557$_{29}$ (a. 203), 5948, 6875, 22 450 (a. 276);

---

[1] *Eurocles* (= *Eurycles*) 13 195 in commissura partium *o* solitam compositionis vocalem recepit cf. *Meno-lavos* pro *Menelaos* et sim. (cf. p. 68).

[2] Sommer, Handb. p. 124; Lindsay p. 43.

22532 (a. 355/363); *Cladi(u)s* 22430 (a. 275/6); *Cladiam* 7287; *Cladianus* 20691; *Pallina* 16984; *Pallila* 19246; *Fastila* 21087 (aet. Iub.).

ante *e*: *Maret(ania)* 8924 (a. 284/305); *attem* (= *autem*) 11572 = 352.

ante *a*: *Thamasius* (= *Thaumasius*) 12123 ad 699.

Arelia 3426; *Areliae* 4355 cf. 18541; *Arelie* 3427 formae utrum *au* dipthongo in *a* imminuta ex *Aurelia* ortae an ab *Arellia* sint repetendae incertum est. Formam *Afidius* 21455 ex *Aufidius* ortam non esse, sed eandem stirpem in hac forma atque in nomine *Afinius* accipiendam ex Guil. Schulzii libro Z. Geschichte d. latein. Eigenn. intellegitur (p. 112).

Additamentum: Sonum vocalium continuarum *ao* dipthongum *au* aequavisse efficitur ex his scripturis[1]: *Laudicia* (= *Λαοδίκεια*) 3151; *Brauniaco* (= *Braroniaco*, *v* = *b*) 4800; *Fausa* (= *Fa(v)osa*) 6938.

Ratione contraria scripta esse videtur forma *Paoli* 10479_{59} (vasc. cretac.).

§ 129.
au 〉 *u*:

Sonus dipthongi *au* in *u* ut ita dicam deductus est in hac forma: *Murici* 22644_{206} a et b (luc.); nomen *Cludius* 5912 ex *Claudius* esse ortum non puto.

§ 130.
au 〉 *o*:

Sermonis vulgaris semper erat dipthongum *au* in *o* permutare. Exempla huius pronuntiationis in titulis nostris sunt haec: *Clodius*, *Clodia* persaepe (v. indic.); *Clodianus* 11560, 18348; *Plotius* 2403 III_1 (a. 360/366), 8338, 9152, 9389, 16160, 16345, al. i. tit.; *Plotia* 3971, 14656, al. i. tit.; *Plotinus* 3971, 5727, 5824; *Copo* 6421, 14742, 15472 (?); *Polla* 3572, 16005, 16131; *Pollina* 3419; *Polinus* 16010; *clostrarius* 21103, 21104; *mosoleum* 9888, 20815 a quae forma assimilatione quoque vocalium orta esse potest.

Additamentum: Formas pro *mausoleum* scriptas *musuleum* 10712, *mesoleum* 15607 (?), 19929, *mesuleum* 14613; *meseleum* 9613 v. p. 2028, 21532; *maesolaeum* 2841, 4319, 20686; *menseleum* 20734 (a. 231), *mesuleolus* 9815 et cognomen *Musolus* 6925 linguarum Asiaticarum peritis explicandas relinquo.

---

[1] Cf. Solmsen, Stud. z. lat. Lautg. p. 24 et Usener, Fleckeis. Jahrb. 1865, 227.

II. De dipthongo *ae*.

§ 131.

ae 〉 *ai*:

Quantus in nonnullis rebus fuerit consensus linguae vulgaris cum sermone antiquo[1]), cum alia tum ea exempla, quae dipthongum *ai* pro *ae* et mediis in vocibus et in terminationibus casuum primae declinationis obliquorum praebent, ostendunt: *Aimilius* 11375; *Gaitanus* 20023; *Laita* 15307; *Naistor* (= *Naestor* pro *Nestor*) 9938; *Cais(ar)* 10071 = 21999 = 10615 (a. 284/305). In terminationibus: *Rogatai Aletiai* 16638; *filiai* 16645, 15779 (?), 20612 (a. 237, FILILIAI), 21670; *maritai* 9842 cf. 21719 (a. 489); *dulcissimai* 9882, 21526; *sodalai* (!) 3762 cf. 18198; *Eliai S... gesai* 9818; *Elbiais* (= Helviaes?) 22644_{90} (luc.); *Victorinai* 6235, 21526; *Blandai* 19539; *suai* 19635, 21714; *meai* 21526; *Chrementiai* 19643; *Juliai Quetai* (iuxta *filiae suae... dulcissime*) 7819; *carissimai* 7219 cf. 19453 a; *piai* (iuxta *Juliae Rogate*) 11488 = 293; *Tabitai suai* 21102; *Domitiai Honeratai* 9462; *Rusticai* ibidem; *provinciai* 15878; *Meviai Rogatai* 20593.

§ 132.

ae 〉 *e*:

Sonum vocalis *e* saepe in *ae* transisse exempla permulta, quae supra (p. 54 seq.) attuli, docuerunt. Cui permutationi contrariam rationem exstitisse apparet. Et sunt exempla, quae vocalem *e* pro *ae* dipthongo et mediis in vocibus et in terminationibus praebent, plura quam ut hoc loco enumerari possint.

III. De dipthongo *oe*.

§ 133.

oe 〉 *oi*:

Pro dipthongo *oe* antiquam *oi* habent: *Coilia* 6067; *Loisia* 22637_{62} cuius nominis forma usitata erat *Lusia*. Ex forma Graeca *oi* servata est in *Eunoicus* 13035.

§ 134.

oe 〉 *e*:

In pronuntiatione vulgari ex *oe* dipthongo *e* facta est ut ex *ae*: *fedata* 18328_{15} (a. 379/383); *Fedosus* 8252; *Fedosa* 19183; *Mesia* 3050. In voce *quepit* (= *coepit*) 21511 fortasse ob litteram *qu* pro *c* scriptam vocalis *e* dipthongo *oe* supposita est.

[1]) Nolim tamen spondere has res quasi reliquias esse sermonis veteris. Rectius fortasse coniciemus subesse imitationem scripturae graecae. Nam in sermone graeco tum temporis dipthongum *αι* iam pro *ε* positam esse scimus (cf. Blass, Über die Aussprache des Griechischen p. 62 sq. editionis tertiae).

Caput 15.

De consonantibus permutatis.

I. De consonantibus duabus contiguis.

A. De nasalibus *m* et *n*, quas consonans muta sequitur.

Nasales *m* et *n* ante mutam labialem sive dentalem eundem sonum, qui „non abhorrebat", ut fere verbis Marii Victorini (VI, 16, 4 K.) utar, „ab utraque littera", accepisse videntur. Itaque ea scriptura inversa intellegi potest, qua ante labialem nasalis *n* pro *m* et ante dentalem nasalis *m* pro *n* scripta est.

§ 135.

n ante dentalem 〉 *m*: *Amtonia* 15932; *flemtibus* 5906; *qu[a]mt[a]* 17896_{13} (s. IV.); *columtas* 21554 (s. V.); *columtate* 20266 c 6 (a. 379/383); *bolumtatis* 11644 = 462 (†); *denumtiationis* 15868 († iuxta *denuntiatur*); *Camdida* 4949.

Recompositione quae dicitur littera *m* restituta est in *eorumdem* 10766 = 16312 (a. 285/305), 10868 (a. 193/211); *eamdem* 12380 (cf. p. 78, additamentum).

Additamentum: In huius scripturae inversae exemplis etiam forma *memsum* (= *mens(i)um*) 21345 numeranda est.

§ 136.

m ante labialem 〉 *n*: *Bonbia* 7234; *decenviri* 10945 cf. 21495; *Decenbres* 14245 († IV/VI. s.); *Novenbres* 2011; *Novenbes* 20410 (a. 454); *Canpanus* 8163; *Mutthunbal* 15619; *Mutunbalis* 16726; *Mitthunbal* 17296; *Ponponius* 8347, 9815 cf. 21698 (s. V.), 10002, 10853, 11243 (iuxta *Pomponius*), 11438, 16279, 17903 f 8 (a. f. 363); *Ponponia* 3990, 6568, 8125, 11238, 16733; *Ponp* . . . 19188; *Ponponianus* 4693; *Ponpeiane* 14103 (tit. Iud.); *Ponpe[i]* 17231; *Ponpeiianio* 5833; *senper* 10392 = 22452 (bis, a. f. 367), 11808 (a. 367/383), 21972 (a. 355/363), 22324 (a. 388/392), 22436 (a. 355/363); *sinp(licitate)* 5502.

Exempla in quibus *com-* et *con-*, *im-* et *in-* alternantur congeram infra p. 78.

Littera *f* ut bilabialis formam *comfert* 15724, ut labiodentalis formas *anfitheatri* 8482 cf. 20348; *Ninfe* (= *Nymphe*) 16570 protulit.

Additamentum I: Hanc paragraphum esse idoneam puto, cui tria exempla quaedam explicanda affigam; haec enim et ipsa spectant ad nasales, quae sunt ante consonantes, sed alia ratione. Atque primum quidem exemplum hoc est: *olnibus* (= *omnibus*) 7384 (iuxta *omnium*), quod quivis scriptura inversa procreatum

esse videt. Scilicet ut *abnuo abnego* pronuntiabant *amnuo amnego* (Lindsay, Lat. Sprache p. 322), ita pro *omnis* scribere poterant *obnis*. Aliter res se habet in hoc exemplo *sunzaconus* 21588 (a. 457). Id enim pro *sumzaconus* (= *subdiaconus*) scriptum est assimilata littera *m* ad *z* sequens; *sumzaconus* ipse autem cum tertio exemplo *numtiale* (= *nuptiale*) 21241 id commune habet, quod nasalis scripta est pro muta. Quod velo palatali quod dicunt sero occluso effectum esse videtur.

Additamentum II: Formas *adnis* (= *annis*) 21427, *Lonlius* (= *Lollius* n. g.) 19890, *prececsit* (= *praecessit*) 21643 (a. 341) adicio, quae quamquam ad hoc caput non pertinent, tamen eadem ratione qua exempla modo allata explicantur. De *adnis* id suspicor, quod de *obnibus* iam dixi: specie ad rationem sonorum retrogradientem spectat, reapse ad scripturam inversam. Idem de *Lonlius* iudicari potest. Forma *prececsit* utrum dissimilatione an scriptura inversa facta sit, incertum est.

B. De assimilatione consonantium.

Sermone aetatis imperatoriae inferioris vulgari rationes quaedam consonantes duas contiguas alteram alteri assimilandi effectae sunt, quae aetate linguae Latinae aurea non valebant. Et pertinuit haec ratio assimilans non solum ad verba composita, sed etiam ad eas voces simplices, quae consonantes contiguas continent.

§ 137.

Assimilatio ut ita dicam retrograditur.

α) *ct* (> *tt*) > *t*: *Adautus* 4157, 12506; *autoribus* 17624; *Ecletus* 5133; *Frutuosus* 11607; *fet* (= *fec(i)t*) 21767 (a. 530); *inditione* 13787 († IV/VI. s.); *inviti* 22198 (a. 284/305); *Otavia* 11708 = 548, 16151; *Otearia* (? = *Octavia*?) 6249; *Istrutor* (= *Structor*) 12415; *Vitoria*[1]) 2142; *Vitorin(us)* 14231 († IV/VI. s.); *Vitrix* 9017, 10883; *Vitor* 15423, 18419, 18450, 21889; *Bitorina* 12199 = 16281 (†).

De assimilatione duarum consonantium contiguarum et de scripturis ex hac effectis disputavit Niedermann, Rh. M. 60 p. 459.

β) *pt* (> *tt*) > *t*: *Otabilis* 11458; *setima(m)* 12200 (†); *setimo* 9815 (s. V.); *Set(em)b(res)* 8609 = 20392; *Set(e)mrres* 11652. De hac quoque assimilatione conferas velim quae Niedermannus conscripsit.

γ) *dr* (> *rr*) > *r*: *Hariani* 2512 cf. 18006; *Hari(anus)* 2511; *Har[iana]e* 2510; *qaragita* 12200 (†).

---

[1]) Cf. Zimmermann, Rhein. Mus. 45 p. 493 sq.

δ) *dt* 〉 *dd* (*d*): *Quodvuldeus* 13880 († IV VI. s.), 14194 (aet. eiusd.); *Cobuldeus* (= *Quodvultdeus*) 13876 († IV/VI. s.).

ε) *db* 〉 *bb* (*b*): *abbena* (= *advena*) 5353 (VI. s.); *Cobuldeus* (= *Quodvultdeus*, *b* = *v*) 13876 († IV/VI. s.).

ζ) *dm* 〉 *mm*: *amministrante* 2216 (s. IV_2); *ammossent* 4635_5 = 16810 (s. III).

η) *ps* 〉 *ss*: *Issa* 8016; *Issula* 7348, 8029, 8601, 9784. De *ps* (et *cs*) consonantibus in *ss* assimilatis verba facit Niedermann l. c.

ϑ) *tl* 〉 *ll*: *Callucia*[1]) 18693 (= *Catlucia* 15548).

Additamentum: Quae inter *Vittunum* (21645, a. 352) et *Vitumnum* (Augustin. de civit. dei 7, 2 et 3, Tert. ad nat. 2, 11) ratio intercedat, perquam dubium est.

§ 138.

Assimilatio progreditur.

α) *mn* 〉 *mm* (*m*): *Volummia* 6929; *Volumius* 2482 (a. 253); *Voldummianus* 10320 (a. 252/253); *Doma* (= *Dom(i)na*) 7160; *Dome* 2670 (a. 212/217).

β) *mb* 〉 *mm*: *commusserit* 11825_8.

γ) *sc* 〉 *ss*: *dissessit* 21801 (a. f. 425); *Rossius* (?) 14454 (a. 198/209).

Additamentum: His paragraphis, quibus de assimilatione consonantium agitur, tria exempla assimilationis ut ita dicam syllabicae adiciam; in quibus consonantes duarum syllabarum inter se assimilatae sunt aut eo quod alterius syllabae consonans mutata est aut quod ea consona, qua altera syllaba alteram superabat. huic syllabae adiecta est:

1. *bememerentibus* 3248, 15607.
2. *perpertuorum* 17327 (a. 292/305).

II. De ea consonarum finalium permutatione, quae dicitur sandhi[2]).

In vocabulis conectendis nasales *m* et *n* finales ei consonae, a qua vox insequens incipit, nonnumquam assimilatae sunt. Et transiit *m* finalis ante dentalem vel labiodentalem vel gutturalem vel sibilantem in *n*, qua littera varia nasalis genera (et dentale et gutturale) exprimi notum est, *n* finalis ante labialem in *m*.

---

[1]) Sed v. Guil. Schulze, Z. Gesch. lat. Eigenn. p. 279 adn. 3.

[2]) Alia huius rei exempla collegi supra p. 40.

§ 139.

m finalis 〉 *n*:

ante dentalem: *quan die(m)* 8037; ante labiodentalem: *cun filis* 2977; ante gutturalem: *cun caris* $7156_{4 \cdot 5}$; *con coniuge* 7156_{6}; ante sibilantem: *cun* S|||O||| 21648 (a. 399).

§ 140.

n finalis 〉 *m*:

ante labialem: *im pace* 5493 (†), 10542 = 11122; [*i*]*m memoria(m)* 10971 = 10991; *egerum* (= *egerunt*) *fili* 11306.

Additamentum: Quomodo ante dentalem nasalis *n* in *m* mutari potuerit, supra explicavi (p. 74): *im titulo* 9081. — In exemplo *con marito* 9638 forma *con* haud scio an recompositione, de qua iam verba faciam, effecta sit ita ut in verbis cum *con* compositis *conplevit, conparata* (cf. p. 78).

III. De recompositione.

Ad haec vel illa capita adhuc tractata velut ad syncopen et epenthesin, ad procopen et prothesin, ad aspirationem deletam et adiectam, ad mutationes vocales *e* et dipthongi *ae* animos nobis advertentibus apparet in sermone vulgari rationes duas inter se contrarias valuisse, quibus habitus verborum Latinorum mutaretur. Quod etiam in recompositionem et assimilationem convenit. Ut enim sermo vulgaris in consonantibus assimilandis processit ultra statum ut ita dicam Ciceronianum, ita recessit eo ut verba composita, quae pridem consonantes assimilatas et sonum vocalium imminutum habebant, in habitum integrum restitueret. Quomodo hoc studium verba composita restituendi (nostris temporibus „Rekomposition" nuncupatum) in vocalibus mutandis valuerit, iam commemoravimus. Consonae autem recompositione affectae sunt finales praepositionum eae, quae cum consona principali verbi simplicis collisae antea huic consonanti assimilatae erant. Praepositiones, quarum consonans originalis in verbis compositis restituta est, sunt haec:

in: *inlata, -is* 17864 (a. 161/180), 4202 (a. 213): 20ies; *inlicitis* $17639_{1 \cdot 7}$ (s. III.); *inluriae* 8480_{7} (a. 388/392); *inlusa* 8567_{5}; *inluminatae, -i, -um* 6982; *inlustri* 18268 (a. 208), 5334 (a. 355/363), 15862; *inluminavit, -averunt* 7994, 7006 (a. 306/337); *inlustrata* 14395 = 1217 (a. f. 209); *inlesiss* . . . 3922; *inminenti, -em, -e, -ibus* 8480_{6} (a. 388/392), 14439 (a. 527/565), 10681/682 cf. 16727 (s. VII.): quater; *inmatura* 21280; *inmarcibile(m)* 17386 (†); *inruperant* $2615_{6 \cdot 7}$ (a. 260);

inruptione 9663; *inbenignus* 13134 (a. 117/180); *inpensis* 14346 (a. 376), 17775; *inpendio* 2760; *inpensa* 14783; *inpendis* 9109 (a. 233); *inpesa* 12633; *Inpetratus* 17291; *Inpetrata* 15219; *inpletos* 7517; *inpaestatori* (= qui artem ἐμπαιστικήν exercet) 9427 cf. 20953; *Inpulsator* 12504_{5}; *inplicentur* 12504_{31}; *inpertire* 20914_{10} (s. V.); *inp(eratore)* 21590 (a. 276/282); *inp(eratoribus)* 10171 = 22286 (a. 305); *inp(erantibus)* 4354 (s. VI.), 4414 (a. 306/337); *inprimis* 8296.

§ 140 a.

con: *conlutum, -o, -i, -is, -a, -ione* 15666 (a. 150), 9317 (a. 195), 2711 (a. 208), 11932 (a. 367/375): 38[ies]: *conlapsum, -a, -am, -as, conlabsas, -am* 22629 (a. 183/185), 10304 (a. 219), 22373 (a. 244/249), 4224 (a. 285/305), 14436 (a. 326/333), 11932 (a. 367/375): 22[ies]: *conlegi*[1]) (g. sg. substant. *collegium* aut compendium vocis *conlegiatorum*) 21106 (bis); *conlocutus* 21826 (a. 161/180): *conlocatus* 21014_{2} (a. 342); *conlocavit* 1873 = 14279, 11031; *conproc(onsuli)* 10412 (a. 251/253); *conpleverunt* 2335 (†), 20642 (†): *conplerit* 7034 (a. 375/378), 11270; *conpleri* 7017 (a. 395/408); *conpareant* 2532 = 18042 B b (a. 128); *conparata* 8275; *conpleto* 9271 c (s. V.); *conposuere* 21275_{6}; *conpescendosq(ue)* 15880_{15}; *inconparabilis* 11294. 11571.

ob: *obpletae* 1860 (a. 355/360).

sub: *subcrescant* 17896_{20} (a. 361/363).

dis: *dismissus* 4800.

Additamentum: Restat ut eas voces, quae non cum praepositionibus, sed cum pronomine, nomine numerali, coniunctione compositae formas integras praebent, proferam: *isdem* (= *idem*) 4147; *sexm[estres]* 2586_{31}; *neclectam* 2243 (IV_{2} s.). Huc etiam *eorumdem, eamdem* e p. 74 iure rettuleris.

Quamquam capita de consonantibus permutatis quaedam disceptanda supersunt, tamen mihi hic subsistere liceat, ut tandem ad quartam et extremam huius dissertationis partem perveniam.

---

[1]) Mommsen, Ephemer. epigraph. I. p. 79/80.

Pars IV.

Traiectio.

Caput 16.

De aspiratione translata[1].

Rationem aspirationis adhibendae inconstantem quandam eos qui titulos scribebant esse secutos supra exposui (p. 42, § 70 a). Quae cum ita sint, non mirum est, quod et *h* incipiens et consonantium aspiratarum littera *h* traiectionem passae sunt.

I. De *h* initiali.

§ 141.

α) Littera *h* ab initio vocis in mediam vocem i. e. post mutam quandam transiit: *ydathi* 22649_1.

Additamentum: de forma *Arphocratis* 13265 cf. Guil. Schulze K.Z. 33 p. 233 sq. ubi *Arpocrates*, non *Harpocrates* rectam formam esse demonstravit.

β) Littera *h* a consona seiuncta initialis facta est: *Heutices* (= *Eutyches*) 4105.

§ 142.

Littera *h* initialis ab altera voce in alteram translata est: *eres* iuxta *heius* 3520; *hin* iuxta *ic* 21428 (†).

II. De littera *h* consonantium aspiratarum.

Traiectio huius *h* pertinet

§ 143.

ad duas consonantes contiguas: *Aprhodisia* 12683; *Crhistiana, pulcrham* $20903_{11.6}$ (s. IV?); *Trhacum* 21026, 10949 = 21721 (a. 208).

§ 144.

ad duas consonantes inter se disiunctas: *Efaproditus* 19565; *Euthycia* 18216; *Euthicia* 5496, 15898; *Thyce* 15608; *Thiyce* 12943 (a. 117/180); *Partichi* 9697 = 21514; *Rodoph*[*e*] 13308; *chatolica*(*m*) 2311 v. p. 951; *Yachintus* 22645_{171} (vasc. cretac.).

Caput 17.

De metathesi consonarum.

I. De metathesi consonantium duarum contiguarum.

Consonantium duarum contiguarum, quo faciliores fierent ad pronuntiandum, interdum ordinem immutabat sermo vulgaris. Et

[1]) Brandis, de aspiratione Latina, Diss. Bonn 1881.

sunt huius inversionis vel metatheseos genera varia et diversa. Quorum haec in exemplis nostris inveniuntur:

§ 145.

Ordo duarum consonantium contiguarum invertitur:

Anspagae (= *Ampsagae*) v. 7, [*con*]*sunsperat* v. 16: 7759: *Ciripsae* (= *Crispae*) 21274; *Lamabsa* 18085 f.: huius metatheseos exempla permulta lingua peregrina praebet[1]).

Additamentum: Fortasse in his exemplis numeranda sunt haec nomina barbara: *Baribgalis* 16858; *Bilibgal* 6077: *Baribgelis* (?) 15785 collatis formis *Barigb-*, *Biligb-*.

§ 146.

Consonantes duae contiguae vocali littera insequenti secernuntur, qua metathesi plerumque liquidae in lingua vulgari affectae sunt:

Cersciturus 11896 (†); *por*(*vinciae*) 9953 v. p. 2065.

II. De metathesi consonantium disiunctarum.

In syllabis duabus, quarum utraque consonam initialem habet, consonae duae inter se mutantur; quarum consonantium altera solet esse prior vel posterior consonantium duarum contiguarum. Hac metathesi reciproca ortae sunt formae. quae exstant pro *qu*(*i*)*escit*: *cesquit* 21346 (†); *cesquet* 14230 († IV VI s.); *cisquet* 21476; *ceqqet* 21428 (†). — Metathesis reciproca consonantium geminarum est in *Brittanicus* 20816 (a. 180 191), 21925 (a. 216). 10295 (a. 226), al. i. tit.: duodevicies; *Brittanicae* 11018 (a. 210). — In forma *Sentiesis* 13345, si hunc titulum ad oppidum a Ptolomaeo IV 3 p. 112 B nuncupatum *Σετίησοις* pertinere editor recte suspicatur, metathesis simplex consonantium inter se disiunctarum est.

Additamentum: Formam *eregrio* 14420 (= *egregio* ex *egegrio*) nisi falso scripta est. ad metathesin et dissimilationem consonae *g* esse referendam puto.

---

[1]) Buecheler, de idiotismis quibusdam latinis, in mus. Rhen. vol. 59 p. 34.

Typis expressit Robertus Noske, Bornensis.

Vita.

Natus sum Carolus Ernestus Hoffmann Berolini a. d. XVIII. Kal. Ian. anni 1881 patre Ernesto, matre Christiana e gente Dehmel. Fidei addictus sum evangelicae. Primis litterarum elementis imbutus gymnasium Lignicense adii vere anni 1890. Ubi testimonium maturitatis adeptus vere a. 1899 Berolinum me contuli, ut rebus mercatoriis operam darem. Consilio autem paulo post mutato autumno eiusdem anni universitatem Vratislaviensem petivi in studia philologica incubiturus. Docuerunt me viri doctissimi: Bohn, Cichorius, Ebbinghaus, Foerster, Freudenthal †, O. Hoffmann, Norden, Skutsch, Vogt, Wuensch.

Quibus viris omnibus optime de me meritis iustas ac debitas ago gratias, maximas autem Skutschio, qui in hac dissertatione scribenda, perficienda, edenda benigne me adiuvare non desiit.